ALBERTVS PI GHIVS CAMPEN SIS DE AEQVINOCTIORVM SOL= sticiorũque inuentione Ad R.in Christo patrem, D.Frã ciscum Molinium Abbatem.S.Maximini, a secretis & cõ silio. R.Francorum Christianiss.& pijs largitionibus eius dem præpositum primarium.

EIVSDEM DE RATIONE PASCHA lis celebrationis, Deque Restitutione ecclesiastici Kalen= darij. Ad Beatissimum Patrem Leonem.X.Pontificem Maximum.

Venundantur Parisij in vico Diui Iacobi sub scuto Basiliensi.

CVM PRIVILE GIO AD TRIEN NIVM

☞ Errata insigniora quę imprimentium incuria & festinantia inter imprimendum contigerunt annotata inuenies in calce libri secundi.

ALBERTVS PIGHIVS CAMPENSIS REVERENDO IN CHRISTO PATRI. D. FRANCISCO MOLINIO. ABBATI SANCTI MAXIMINI, A SECRETIS, ET CONSILIO REGIS FRANCORVM Chriſtianiſs. & ſacris eleemoſinis eiuſdem archiprępoſito. S. D.

QVAM ſit mira in reb9 humanis viciſſitudo R. D. quamque nihil, poſteaquam peruenit ad ſummum poſſit diu perdurare eodem ſtatu, ſed hoc ipſo ſpectet ad interitum ꝙ altius creſcere non poteſt, vt alia multa, ita & ipſa nos res literaria admonet pręcipue, Quemadmodum enim in fœliciſſima illa plenitudine temporum, in qua matre virgine dignatus eſt naſci ſaluator noſter, ea hominum viguere ingenia, quę diuinis ſuis monumentis in omnem venturam ętatem longe lateque propagatis, tantum mundo luminis intulerunt, vt tam abſolute illius ſeculi doctrinę vix quicquam addi poterat. Ita immutatis repēte fatorum legibus, ſecuta eſt altera quędā ętas, longe pernicioſiſſima ſtudiis, quę veluti κατακλυσμοσ quidam abſumpſit ſubito, quicquid ſuperioris illius ſeculi fœlicitas bonarū literarum protulerat hominibus, quęque ingenia hominum veluti altiſſimo quodam ſtupore ita dimerſit, vt inſignem quandam hebetudinem & ingeniorum neſcio quem craſſitudinem prę ſe ferant, quęcunque ex illo ad nos ſeculo profecta viſuntur. Quę quidem tam triſtis calamitas ad noſtra fere tempora mille circiter annos perdurauit. Sed quoniam nec mala ſtant eodem loco ſemper, vt hac etiam parte humanarum rerum viciſſitudinem poſſis agnoſcere, quemadmodum poſt hiemem ver tandem ſequitur, qui mundo ſuum reſtituit ornatum quem abſtulit illius inclementia, ita & nunc fœlicioribus fatis incepit noua rerum facies apparere, & aureum quoddam ſeculum renaſci. Reuixere paulo ante meliora ſtudia, et literę bonę omnes veluti ab inferis reuocate, mirum dictu quantum breuiſſimo tempore vbique gentium coaleſcere cœperunt. Nec illud etiam ſiue mirabili fatorum ſerie, et occulto quodam ordine rerum eueniſſe mihi vide

tur,vt a quibus hanc maxime cladem perpesse sunt littere, eisdem iam debeant pręcipue quod reuixerunt. Scio enim nō minimā eius mali partem ad Gothos, vvandalos, Longobardos, aliosque nonnullos germanorum populos referri. Qui cum armis infestis ac victricibus vniuersum prope orbem concuterēt, Romanum imperium euerterent funditus, disciplinarum parentem Gręciam depopularentur, Bonarum tunc literarum altricem & domicilium Italiam. Romam denique ipsam totius orbis victricem & dominam, obtinerent, diriperent, proculcarent, non libris interim, non bibliothecis parcentes, non paruam simul cladem literis intulerunt. At eisdem, nēpe Germanis, acceptam refert mundus, nouam hāc suam, tamque eximiam felicitatem, & renascentes toto orbe optimas disciplinas, qui admirabile hoc excudendorum voluminum genus nuper inuenerunt. Pręclarum certe inuentum, & quo vix aliud a dijs immortalibus beneficium vllum vtilius hominibus concedi poterat. Per quod tanta optimorum librorum copia breui effecta est, tot authores pręclarissimi orbi restituti, tot e tenebris situque puluereo, aut qui apud paucissimos veluti auaros dominos in scrinijs asseruabātur, in publicam lucē sunt egressi, & quotidie egrediūtur, vt vix vllū supersit opus quod vel ab inope atque egeno homine possit amplius desiderari. Ex eo tempore ingenia hominum magis magisque vigere cœperunt, & florere studia litterarum, tāta librorum commoditate ad capessendas pręclaras artes, homines alliciente. Neque ipsa inuento suo Germania segnius vtitur, vndique feruet optimarum literarum studio. Omnis passim Germana iuuentus, omnes proceres, optimates omnes, mira alacritate humanioribus studijs incumbūt. Magna vi, indefessa diligentia, contendunt ad perdiscendas gręcas, latinas, hębraicasque literas. Tot protulit egregios & profert indies optimarum literarum vindices, vt nulla nunc sit natio, cum qua non possit & in linguarum cognitiōe, & omni disciplinarum genere, de primatu certare. & quod vnum fere hoc tempore in studiosis bonarum literarum desiderabatur, qui linguarum cognitioni quam rerum nimio plus student, sola pene dixerim, aut, quod negari non potest, maxime omnium mathematicas verasque illas disciplinas. Astronomiam pręsertim, & Cosmographiam, quibus celum terraque cognoscūtur, amplectitur summo studio, colit, restituit, illustrat. Quę nescio qua caligine ingeniorum, ita apud ceteras nationes negliguntur, vt maluit annos plurimos in meracissimis nugis, in sophisticis & rixosis cauillationibus male perdere, quam vel semel ad diuinum hoc & pulcherrimum spectaculum attollere sursum oculos. quoque nihil maius parens nature genuit cœlum

nuit cœlū intueri, quam ipsum admirari mūdū, quoties per noctem suos ignes effundit, ac tāta innumerabiliū stellarū varietate refulget, suspicere pulcherrima illa sydera, tanto superne cœtu labētia, & quē admodū suā velocitatē, sub specię stantis ac immoti operis abscōdāt, quāta turba rerū sub hoc silentio euoluatur, quantam fatorum seriem certus quidā limes adducat. Solis & currus sacros, Mundique motus, Solis alternas vices, Orbemque phœbes, astra quem cingunt vaga. Lateque fulgēs ætheris magni decus. Dispereā, si nō sint hæc dignio ra homini, & in quib⁹ sese exerceat humanus animus, quā inanes quę dā & semper dubię questiones de asini vmbra, de instanti, de infinito de vacuo, infinite, certe, & vacue, in quibus plerique tota vita anxie & misere distorquētur. Nec video ego, si nō sit hæc manifesta cecitas, q̄ nihil sunt, stulta quadā diligētia semper inuestigare, semperque querere quę nusquā īueniūtur, Tā admirāda autē, quę per dies singulos versantur ob oculos nostros, summi illius artificis opera, ne semel qui dē nos rapere in sui admirationē. Tā pulcherrima, nūquam nos exci tare, vt ea cognoscere desideremus, quorū ꝑfecto cognitiōe, nihil est efficatius ad ea oia despiciēda, ad quę hominū vulgus obstupescit. Cū enim in cœlestiū ꝑscrutationē se iuitulit animus, ac veluti vinculis liberatus est, repetesque originē suā in eorū sese possessionē immisit, hoc percipiēs argumētū sue diuinitatis quod rebus diuinis delectetur Et vt Boetij verbis loquar. Cū cœlo libro aperto, Suetus in æthereos ire meatus. Aspectat rosei lumina solis, visitque gelide sydera lunæ, Et quacunque vagos stella recursus Exercet, varios flexa per orbes. Quis dedit vt pleno fertilis anno Autumnus grauidis influat vuis, Cū inquam singula hæc rimatur curiosi⁹, & i illis philosophatur, tūc incipit cōtemnere domicilij prioris angustias, tunc tunc iuuat inter sydera vagātem nō diuitū tātum pauimenta ridere, porticus, lacuna ria ebore fulgentia, sed & totā cū auro suo terrā, & ad quęcūque ceca mortaliū mens caligat, quādo totū animo mūdū cōplexus, terrarū or bē superne angustum despicit, quē cum magna ex parte coopertum a quis videt, & iam ea parte qua extat, late squalludum, & aut vstum vi cinitate syderis, aut rigentem distantia, secum ipse ait. Hoc est illud punctum quod inter tot gentes ferro Ignique diuiditur. Punctū est certe in quo nauigatur, in quo bellatur, in quo regnatur. Punctum est vniuersus terrarum orbis si ad cœlū cōferas, & quota eius pars est quā hoim spes improba cōcipit, quā anhelat cupiditas? Quantumcunque est illud quod ab vltimis Hispaniæ littoribus ad Calligicum vsque iacet, ad extremos Indos, paucissimorū dierū spaciū, si nauē ferat secū dus ventus, implebit. At illa cœlestis regio, per annos triginta, Sa

 turni velo

turni velocissimo syderi viam præstat, Sed & hoc quoque parum est si altius ascendamus, Diuinum illud, & dignũ prorsus adorari specta culũ quod tãta sempiternorũ igniũ varietate refulget, non nisi noue nis quadragenis milibus annis (quod astronomicis obseruationib⁹ de prehẽsum est,) vnũ circuitũ facit. Qui hęc tam immẽsa sibi pręparata cognoscit, quę nõ alij certe vsui, quam spectaculo & admiratiõi diuinarũ mẽtium opifex ille summus videtur destinasse. Qui in his pe regrinatur. Immo his, iam, vt proprio domicilio inhabitat, an non ri debit miserrimas hominũ cupiditates? an nõ huic & angusta, & misera, & caduca videbũtur, ad quęcunque obstupescunt curue in terras animę & cœlestium inanes? Illic demũ discit homo quod illi semper vniceque querẽdũ est. deum nosse, & dei inuisibilia per ea quę facta sunt intelligere. Quum in his præcipue operibus, diuina maiestas, sapiẽtia, potẽtia, maxime reluceant. Fœlices animę, immo terque, qua terque fœlices, quibus hæc cognoscere primum, inque domos superas scandere cura fuit. Credile est illas pariter vitijsque, iocisque altius humanis exeruisse caput. Nõ venus & vinũ sublimia pectora fregit Officiũque fori, militięque labor. Nec leuis ambitio. perfusasque gloria fuco. Magnarumve fames sollicitauit opum. Admouere oculis distantia sydera nostris, Aetheraque ingenio supposuere suo. Sic petitur cœlum, non vt ferat Ossam Olympus. Summaque peliacus sydera tãgat apex. Quę non minus vere quam elegãter cecinit Ouidius. Cum sit itaque tam digna cognitio, tam eximius fructus mathematicarũ artiũ, quibus cœlũ ipsum, quãtũcunque est, & terrarũ orbẽ, certissimis numeris, mẽsurisque cõprehẽdimus, ac dimetimur, vt has solas, veteres Græci, & non immerito, μαθηματων, id est disciplinarum nomine sint dignati, non possum non iterũ iterumque admirari, quo tandẽ pacto sic posthabeantur vbique, etiã ab his, qui totos sese literis mancipauere, quasi homini istic nihil, aut feratur, aut metatur. Aut quasi nõ pl⁹ hęc cognoscere intersit hominis, quam (vt fabularia poetarũ figmẽta pretereã, quę tamẽ & ipsa, diligẽtissime excutere, magni plerique viri nõ ab re putãt) scire qua ratione Orientẽ Alexãder sub egerit, quid egerit per vitã, quod peccauerit, quid dixerit, quid somniauerit, quã nosse, quo exitu Sylla, & Marius, Cęsar, & Pompeius, Octauius, & Antonius, ciuilibus interse bellis dimicauere. quam posse nũ mismate nostro opes priorũ tẽporũ estimare. Vt enim eiusmodi oĩa cõducunt ad eruditionẽ, nec perdũt operę preciũ, qui hęc student, aut intelligere, aut restituere, quę tẽporũ malicia interciderunt, aut emaculare quę deprauata sunt. Ita res omniũ nobilissimas, maximas, pulcherrimas, cœlũ, terrã, & totũ denique mũdũ negligere, queque tam admiranda in oculos ꝑpetuo incurrũt, Solis, lunę, stellarum, ordina

tissimos

tissimos errores,tẽporũq; vicissitudines patiẽter ignorare,susque,deq; habere,tanquam ea nihil ad nos pertineãt,aut quasi ee res digne non sint,quibus animus human9 occupari debeat,prodigiose cuiusdã cœcitatis mihi esse videtur. Sed hęc,nimis forsan multa,nobis expressit iusta ĩdignatio tã acerbę sortis Astronomię & nobilissimarũ disciplinarũ,Ad quã etiã illud accedit,quod cũ nihil fiat summũ repente,sed multorũ studijs ac laboribus creuere paulatim oẽs disciplinę,addẽtibus semper posterioribus ad priorũ inuenta,vna omniũ astronomia, vt cresceret,vt ꝓficeretur,plurimorũ oꝑa semꝑ indiguit,vna paucissimos omni ęuo cultores sui studiosos ĩuenit. Postquam enim ambitio & ceterę cupiditates ingenia hominũ occupauere,postquam auri sacra fames mortaliũ animos inuasit,& regina pecunia,lõge lateq;,vniuersa sui iuris fecit,nihil fuit ĩ precio,nihil pręter aurũ suaue creditũ est. Quo fieri necesse erat,vt nulla re egregie studerẽt homines,nisi q̃ beatũ hoc aurũ pareret. Hic est quod ĩ Romano illo sęculo,plurimos floruisse,& egregios oratores cõperimus,quoniã eius artis questus lõge vberrimus erat,At Astronomiã,mathematicasque artes,q̃ egregie calleret,vix vnũ aut alterũ,immo,quod mihi est vero simili9,nec vnũ quidẽ,vt pote,quę steriles ac minime quęstuarie putarẽtur. Quęque a foro,a tumultu,ab actu rerum,ad secretũ,ad mentis secessum,ad ociũ auocarẽt. Ita euenit,vt multa adhuc in astronomia desiderẽtur, plura nõdũ satis explorata,pro ĩdubitatis recipiãtur, quãdo sequitur quisque priores male iter ingressos,pauci,recepta semel,in discutionẽ reuocãt,aut incudi reddere laborãt,sed alba,quod dicitur,amissi,quęcũque vulgata sunt,vera existimãtur. Id quod nuper ĩ nõnullis astronomicis,rebus nõ leuis momẽti deprehẽdim9. Cũ enim anno abhinc quarto,quãdo Romę in Lateran. synodo agebatur de Calendario restituẽdo,vĩdicãdoque ab erroribus,qui iã diu multũque ecclesiã vniuersam occupauerũt,& pręcipue, vt iuxta sanctorũ patrũ cõstitutionẽ,pascha dñi rite celebraretur,a qua cõstat ecclesiã tota iã via aberrasse,cepissem9 & nos,qui tũ Louanij in theologica palęstra exercitabamur,quid de ea nobis videretur,conscribere,quod ꝑ literas suas ad nostrã tũ academiã missas, Leo decimus Pon. Max. hortabatur oẽs & obsecrabat, Visum est nobis,de ęquinoctiorũ,solsticiorũque ĩuẽtione ante scribẽdũ esse,quam de ratione restituẽdi Calendarij,vt,quod sine verni ęquinoctij notitia ea res absolui nõ possit. Et quoniã nõ ecclesia tãtũ ĩ paschali supputatiõe,sed & vulgus astronomorũ fere vniuersum,errat in tẽpore verni ęquinoctij,ipsum enim semper fieri existimãt,ingrediẽte sole in caput Arietis primi,quod nõ ita se habere, Alphõsina clamitat & recẽtiorũ omniũ astronomiã, Palãque pręd icat Georgius Purbachius,astronomus clarissim9,in eo opere,in quo

cœleſtiũ orbiũ motus & eorũ habitudines explicauit. Qui tamẽ ratione veri æquinoctij aſſequẽdi, quãtũve diſtet a tẽpore quo Sol in prima arietis ꝑte numeratur, ſatis explicuiſſet, neminẽ adhuc videre cõtigit. Scripſit hac de re Magnutius quidẽ Ioannes Eſlzer, libellũ exiguũ, in quo conatus eſt demõſtrare, punctũ vernalis æquinoctij pręceſſiſſe Arietis initiũ quod in tabulis eſt, gradib⁹ quatuor & dimidio, anno octauo ſupra milleſimũ quingenteſimũ ſalutis noſtre, ſed nec hoc ipſum eſt aſſecutus quod putabat, & ſi quã maxime id ſic fuiſſet anno memorato, eius tamẽ ad aliud quodcunque tẽpus inueſtigandi rationẽ minime tradidit, Suboluit certe homini, errore nõ exiguo detineri aſtronomorũ vulgus, ſed diuinãdo magis quam ratione certa. Qui tametſi ſcopum nõ attigerit, haud tamẽ longe ab eo coniecit: Non enim partibus quatuor & dimidia, quẽadmodũ ille ſe demonſtraſſe credidit, verum plus quinque partibus integris, vernale pũctũ præceſſiſſe iam dicto anno, initiũ Arietis quod eſt in tabulis, mox demõſtrabimus, Cũ itaque diligentius animũ intẽderemus, depręhenſum eſt tandẽ mathematica demõſtratione, hac tẽpeſtate, dieb⁹ quinque prius eſſe ęquinoctiũ, quã ſol in principio Arietis aut Libre numeretur. Loca etiã ſtellarũ oĩm in cœleſti ſignifero, plusquinque gradibus diſtare ab his quę ex tabulis exiſtimãtur. Qui error, quãtus ſit in re aſtronomica, & quam intollerabilis, in quoſue abſurditatũ labyrinthos, tam aſtronomos, quam aſtrologos oẽs inuoluat, per ſeſe ſatis manifeſtũ eſt, & poſt luce clarius reddem⁹. Sed vt ad te redeã. R. D. Cum lucẽ iam affectarẽt hęc noſtræ lucubrationes, præſertim, quod & mihi, & amicis quibuſdã, videbantur anſam præbiture ſtudioſis, ſi ederentur veritatis magis diſquirende. Nec ratio Calendarij reſtituẽdi, a nobis exactiſſime indicata, inutilis fore videbatur, In qua, longe diuerſum ſentimus ab his omnibus qui de ea ſcripſerunt, quorũ tamẽ ſcripta videre cõtigit. Cui nam eas dedicarem commodius, ſub cuius nominis auſpicio prodirẽt in publicum, tu vnus in primis occurriſti. Cui enim alij quam tibi? vt ſi quam, quod ſperamus, vtilitatem afferẽt aſtronomię ſtudioſis. Si eccleſię, quę ſcripſim⁹, nec indiligẽter, de ratione Calendarij reſtituẽdi, ea omnis tibi debeatur, cui ego omnia debeo. Qui, vt ita bonis literis patrocinaris, vt i illis iter doctiſſimos ſæculi noſtri locum nõ poſtremum, haud dubie ſis aſſequutus. Sic & naturæ quadam propenſione Aſtronomia Mathematicíſque artib⁹ ſemper es præcipue delectatus Officij itaque mei eſſe putaui, hoc veluti munuſculo, animi erga te mei gratitudinẽ qualitercũq; teſtificari, quod ſperaui tibi nõ igratũ fore, ſiue quod genuina illa tua, & ſingularis hũanitas, domeſtico mihi cõgreſſu diu exꝑta eſt, ſiue quod ſcio te Aſtronõia, veriſq; his diſciplinis, ꝑ aĩ tui generoſitate ipẽſe gaudere,

ſeu etiam

seu etiam, quia memini te quondam de ratione paschalis celebratio nes me sollicite interrogasse, cui quę tum pro tempore breuiter respõ deram, hic clarius multo & diffusius explicata sunt. Quamuis autem tuis in me & maximis beneficijs (quę si dissimulare vellem, essem pro fecto ingratissimus) gratiam parem referre non possim, id prohiben te & mea & tua fortuna, Haud tamen committam / vt in gratitudinis notam, in me vnquam agnoscam. Ingratus nemo est inuitus, vt om nia desint, animus in officio erit. Hoc itaque pacto gratiam referam. debebo tibi libenter, & optabo in eo statu res tue permaneãt, quo sem per beneficia distribuas, desideres nunquam, vt semper sit tibi dando rum copia beneficiorum, datorum nulla pœnitentia. Et vt semel di cam, hoc tibi precabor, vt nec ego, nec quisquam alius possit aliter quam conscientia erga te gratus esse. Has igitur lucubratiunculas no stras, quales quales, pro tua humanitate, manu placita accipias rogo. Et qualicunque sit id quod offerimus, boni cõsulas, Non tam munus expendens, quam animum vnde proficiscitur. hoc enim pacto cum magnis potentiorum muneribus certare non verebuntur, Vale pręsi dium vnicum studiorum meorum Lutecie Parrisiorum.

ALBERTVS PIGHIVS CAMPENSIS LECTORI CANDIDO, S.

NON sumus nescij lector optime, qui tumul tus, quę tragœdię excitari soleant, a supercilio sis quibusdam & palliotenus philosophis, quo ties inueterati errores, queque diu ab omnibus sunt recepta, reuocãtur in disquisitionem, aut recocta maturius, falsitatis conuincuntur. vt qui malint cœlum terre miscere, & mare cœ lo, quam committere vt quicquam ignorasse videantur. Quę nobis pręcipue metuẽda erãt, qui soli vniuersum astronomorum ordinem in ius vocare debemus, publicę palamque reos facere tam insignium erratorum, vt equinoctia solsticia ve non solum non assequi illos cum putant, sed in quinque diebus aberrare contendamus. Ea etiam stella rum loca quę ex tabulis existimãt, a veris, in cœlesti signifero abesse plurimum, Multosque alios non leuis momenti errores illorum coar guimus. Pręsertim, cum non ignoremus quam sit anceps iudiciorum alea, in re tam noua pręcipue & tam inaudita, Nec dubito fore pluri mos ex his, quorum hic ignorantia cõuincetur, qui antequam nostra aut legerint aut intellexerĩt, protinus temerariũ me clamitabũt, auda culum, arrogantem, quod ea quę ab omnibus tam diu recepta sunt,

solus ausim conuellere, quasi istud erroris, si quid fuisset, Alphonso, Purbachio, Ioanni de monte regio, astronomis clarissimis, & totius matheseos doctissimis viris haud suboluisset. Istorum itaque tametsi manifestas calumnias haud obscure pręuideam, nihil tamen me deterrere potuerunt, quin prudens venirem in periculum, quo publicę, tuęque, lector, vtilitati consulerem, teque admonerem vt nō statim vera existimes quęcunque vulgo creduntur. Quin potius pythagorici illi⁹ simboli memieris λεωφορον μη βαδιζειν. Q đ nos admonet, publica frequēter via errari, dum alij sumus alijs erroris causa, sequiturque vnusquisque quos videat pręcedere priores, tametsi male iter ingressos, vt tamen intelligas nulla iactantia, aut nostri ostentandi gratia, sed publica studiosorum causa, venisse nos in tam euidens periculum, vt omnibus totius terrarum orbis astronomis solos nos obijceremus, tam audacis huius nostri incœpti rationē, paucis accipe, Cum vidissemus olim, astronomos ferevniuersos, hac tempestate Alphonsinam astronomiam tenere mordicus, eiusque astronomicis tabulis vti, pro locis stellarum stellarum in cœlo cognoscendis, quibus tamē, quę ex tabulis existimantur, consentire non posse, mathematica demōstratione deprehensum mihi videbatur, qua ipsum etiam Alphōsum vt hoc idem confiteretur, nolens, volens, adigi posse existimaui, Non tamē statim inuulgari nostra voluimus, quod & me hominem noui, & errare potuisse, Quadrienniū itaque iam peruestigo quoscūque mathematicarum artium peritiores cognoueram, quibus cum studia nostra communicaremus. Sed cum nec toto hoc tempore inuentus sit quisquam, qui rationibus nostris satisfaceret, nec nobis ipsis post tātum temporis infirmiores viderentur, qui tamē haud omnino nihil his in rebus videre nos posse confidimus, Haud aspernandum operę pręcium facturos nos existimauimus, si publice hęc admonere m⁹ studiosos, ita eni, vel excitatū iri sperauim⁹ p̄clariora īgenia, vt rationib⁹ nostris studerēt satisfacere, & nos, quod cupim⁹, redderemur doctiores, Aut forte, deprehensa demonstrationis nostrę veritate, alij per nos doctiores reddentur, Vtrumuis euenerit, nec male mihi, nec infœliciter cadere poterit, Vt tamen pro me non nihil dicam cōfidētius. Hoc ausim polliceri, ex Alphonsina & recentiorum omniū astronomia (quam tantisper tanquā veram assumemus, donec quis doceat veriorem) luce clarius nos demonstraturos quęcunque diximus, Quod ni pręstitero, non recusabo haberi qualemcunque volent calumniatores nostri, nempe, arrogans, temerarius, impudentissimus & si quid peius cōminisci possint, Nullos recusamus iudices, nec inimicos quidem, eosque ipsos quos reos fecimus, si modo, quod equum, iustumque

iustumque est,non præcipitent iudicium,sed ante causam intelligant quam iudicent.Ita enim pro nobis,etiam contra seipsos, si tamen ex animo iudicare voluerint, & nō cæcus amor sui,obuelarit oculos,sententiam laturos nihil diffidimus.Alioqui,& si ipsi humano more hallucinati essemus occasionem saltem dedisse alijs,veritatis inquirendæ diligētius,ac eius assequendæ veluti gradus quosdam præstruxisse abunde magnum nobis precium opere visum est,Tui erit candoris candide lector, labores nostros boni consulere prodesse solum cupiunt nocere nulli, Publicos tantum errores publice coarguimus, nullum nominatum incessentes. Vt autem & claritati simul & breuitati studeamus,quoque tu facilius rem intelligas propositionibus ordine collocatis rem absoluemus,hoc iterum abs te contendim⁹ vt tantisper suspēdas iudicium donec nostra perlegeris, tum si quid nouisti rectius illis. candidus imparti,si non,his vtere mecum,Vale.

☞ Albertus Pighius Campensis,De æquinoctiorum & Solsticiorum inuentione,deque Astronomorum erratis intollerandis,& præcipue in stellarum locis quæ ex tabulis numerātur Ad.R.in Christo patrem,D.F.Molinīū Abbatem,S.Maximini,a secretis & consilio Regis Frācorum Christianiss,& piis largitionibus eiusdem Archi prepositum.

CVm in re omni tractanda ordo præcipue specta ri debeat,qui rebus per sese alioqui obscuris lucem solet & claritatem afferre,Hunc nobis ordinem in præsenti tractatione præstituimus,Ostēdemus primo loco,errare vulgus astronomorum fere vniuersum, existimantiū fieri æquinoctia, solsticiaue,cum Solē in pricipijs Arietis, Libræ Cancri atque Capricorni in Alphonsinis,aut alijs tabulis Astronomicis numerauerint. Deinde manifestam faciemus erroris quantitatem,hoc est.quanta possit maxima esse distantia,punctorum æquinoctialium solsticialiumque ab initiis Arietis,Libræ,Cancri & Capricorni,quæ in tabulis sunt, Tertio Rationem demonstrabimus, æquinoctiorum solsticiorumve quouis tempore inueniendorum secundum Alphonsinam hanc & recentiorum iam omnium Astronomiā .Postremo Astronomorum,Astrologorum etiam,errata plurima maximaque indicabimus,quæ ex non recta,æquinoctialium solsticialiumque punctorum obseruatione consequuntur.

Errare

☞ Errare vulgus Astronomorum vniuersum, existimātium fieri æquinoctia & solsticia cū Solem in Alphonsinis aliisque Astronomicis tabulis in principijs Arietis, Libræ, Cancri, Capricornique numerauerint.

Tametsi non semper fieri ęquinoctia solsticiaue cū Sol in capite Arietis, Librę, Cācri, aut Capricorni numeratur in tabulis, fatebitur, quisquis qualitatē motus octaui orbis, quā explicāt Alphōsine & omniū que nūc in vsu sunt astronomice tabule, cōprehēderit aio, Palamque admoneat Georgius purbachius, nostrę tēpestatis Astronom⁹ clarissim⁹, in eo ope, quod planetarū theoricen, iscripsit Ne tamē vllus relinquatur loc⁹ cauillatiōi, & quia hoc ad sequētiū lucē nōnihil cōferet, ꝑpositiōib⁹ aliquot, hoc ipsū euidēs faciem⁹.

PROPOSITIO prima, Centrum solare superficiem planā eclipticæ mobilis octaui orbis nunquam egreditur.

Haec propositio est plane euidēs his omnib⁹ qui mot⁹ octaui orbis qualitatē cōprehēdūt, Et si quis auctoritate moueatur, Est Georgij Purbachii, trac. vi. theo. pla. Vt tamē eā paulo reddam⁹ clariorē, illis præsertim qui in Astronomicis his speculationibus non sunt admodum exercitati, aliquanto altius repetenda res est.

☞ In primis itaque, eclipticā, qualiscūque ea sit, viā esse solaris circuitus, a cuius plana superficie ne latū quidē vnguē recedere possit cētrū solaris corporis, ex ipsa nois ratiōe per se manifestū est. Eā enim circularē lineā, quā Solis cētrū describit proprio suo motu, cōtra motū mūdi, eclipticā ab initio vocauerūt, quod lumīaria quoties sub ea cōiungūtur aut ex diametro sibi sunt cōstituta, eclipsari necesse sit. Eclipticā hāc, quę via solaris mot⁹ est, nō eūdē seruari sitū ad polos mūdi & ęquatorē, indicāt declinationes Solis maxie subinde euariate. Ptolome⁹ etenim obseruator diligentissim⁹, frequēti⁹ obseruās meridianā Solis altitudinē, & solsticijs hiemali in ęstiuo, inuenit ex actissima rōne, arcū meridiani circuli q̄ inter duos tropicos suo tp̄e intercipiebatur, habere ad totū circulū eā fere ꝓportionē, quā habēt vndecim ad 83. & esse ꝑtiū. 47. & pl⁹ duabus tertiis, min⁹ vero medietate & quarta partis vnius, qualiū est circulus magnus. 360. Erat ergo maxima tūc Solis ab ęquatore declinatio, partiū. 23. minutorū 51. secundorū. 30. circiter. At Alcmeō post Pto. & alij obseruatores oēs, hāc tropicorū distātiā & maxias Solis decliatiōes minores inuenerūt. Et Io. de mō. re. his nostris tp̄ib⁹, alter & germanic⁹ Ptolome⁹ inuenit tropicorum distātiā, partium. 46. minutorū. 56. minorem

ea que

ea que Ptolomęi temporibus fuit, plus medietate & quarta partis vni us, hoc est minutorum fere. 47. Maximas autem solis declinationes, partium. 23. minu. 28. Ex his ergo palam factum est, eclipticam quæ via est solaris circuitus, mobilem esse, & imutare subinde inclinatio nes suas ad ęquinoctialem circulum Eiusque polos ad polos mundi non immutatam seruare distantiam. Sed accedere ad illos aliquando & recedere rursus ab eisdem. Quod autem hæc ecliptica veluti fixa sit i octaua sphera, semperque in ea ad omnes stellas firmas eandam positionem teneat, & ob id recte ecliptica octaui orbis sit a nobis appellata. ex eo manifestum est, quod quamuis inclinationes eius varientur, quamuis etiam stellis fixis sit motus proprius contra mundi motum, per quem, ad puncta ęqualitatis aliam continuo distantiam acquirant, suasque declinationes euarient, eandem tamen inuariatāque distantiam a solari itinere, stellæ semper seruauerunt, quod fieri non posset, nisi & eius quoque motus participes essent, quo vię solaris ad ęquatorem inclinationes variantur, accedentibus polis eius ad polos mundi, aut recedentibus ab eisdem. Verum est igitur, viam solaris circuitus & mobilem esse, & octauæ sphere eclipticam, quod dicit propositio.

COROLLARIVM. Non potest ergo fieri ęquinoctium nisi centro solis subeunte intersectiones eclipticæ mobilis seu octaui orbis, & ęquatoris.

PROPOSITIO secūda. Stellarum motus & loca in Alphōsinis, & aliis astronomicis tabulis, non referuntur ad veram illā eclipticam, viam scilicet solaris circuit⁹, quam & mobilem diximus, & octaui orbis. Sed ad aliam quandam, quā in mobili primo immobilem imaginantur

PRopositio ista non est admodum demonstranda, cum sit confessa omnibus, nec quisquam possit eam ignorare, nisi qui cœlestium motuum habitudinem quam astronomice explicant tabulę ignoret pœnitus. Quin magis ratio aliqua reddēda est, quare non ad veram illam eclipticam. mobilem scilicet & octaui orbis, quę via est solaris circuitus, sed ad aliam non tam re quam nomine eclipticam, Alphonsus, & alij, stellarum motus referre voluerunt. Ea est eiusmodi. Quia mobilis est ecliptica octaui orbis, varianturque assidue intersectiones eiusdem cum æquatore, quemadmodum ex habitudine motus stellarum fixarum deprehensum est, quarum eundem esse motum cum motu solaris itineris ex eo constat, quod perpetuo eandē

ad solare iter habitudinem seruauerunt.)Non potuerunt in astronomicis tabulis, stellarum motus adveram illam, hoc est, octaui orbis & mobilem ęclipticam referri, quod nullum in ea stabile initium posset assignari. Puncta enim solsticialia, hoc est, intersectiones eiusdem & ęquatoris, pũcta etiam solsticialia, a quibus solis posset sumi initium, non fixa manent sed variantur continuo, Eapropter, imaginatione fecerunt in primo mobili circulum alium, quam ęclipticam primi & fixam appellarũt. cuius cum ęquatore intersectiones, non varientur. & situs ad mundum immutatus maneat. Huius & æquatoris vernalẽ sectionẽ, hoc est, propiorẽ punctovernalis ęquinoctij, initium Arietis, & totius circuli fecerunt, ita cogente necessitate. Debet enim in circulis in quibus stellarum motus mensurantur, fixum aliquod & inuariabile initium constitui, si duraturas tabulas componere voluerim⁹. Alioqui, variato supputationis initio, confundi statim omnia necesse erit. Quod, si reuera non inueniamus, imaginatione saltem nostra faciendum est. Qua necessitate, cum dies sint motuum mẽsurę, nec sunt reipsa ęquales & vniformes, non potuit astronomus veris diebus vti, in supputationibus, & tabulis suis, sed imaginatione effinxit, qui vsui suo congruerent, ęquales videlicet & vniformes, quos astronomicos dies appellare consueuimus, eisque pro veris vtitur,

PROPOSITIO tertia. Solaris itineris, & ęquatoris intersectiones, cum sectionibus ęclipticę primi, & ęquatoris (quę sunt capita Arietis & Libræ in Alphonsinis tabulis) non conuenerũt ab initio mundi, nec in decem adhuc milibus annis conuenire poterunt, nisi superficiebus eclipticarum coniunctis.

HANC propositionem mox demonstrabimus, ex habitudine motus octaui orbis, si ante lectori parum in his exercitato paucula præfati fuerimus. Imaginatur Alphonsus & recentiores omnes, in ecliptica nonæ sphẹræ duo puncta sibi e diametra constituta, quæ capita Arietis & Libræ nonæ vocant, eaque moueri ad motum nonæ sphẹræ, qui augum & stellarum fixarũ in tabulis appellatur. Et circa hæc veluti centra, duos paruos circulos describi, a duobus punctis solaris itineris sese exposito respicientibus, per motum quem accessus, & recessus Alphonsus appellat, alij motum trepidationis dicunt, quæ quidem puncta sunt maximarum remotionum ęclipticarum a seinuicem, vie videlicet solaris itineris, ab eclipticis, nonæ, & primi mobilis, & no=

lis & nominātur in tabulis,capita mobilia Arietis & Librę, Ne ta men decipiaris lector,Non sunt illa capita Arietis & Libræ nonæ spheræ,intersectiōes eclipticæ nonæ & ęquatoris,Nec ista,quę capita mobilia Arietis & Libræ vocantur, intersectiones eclipticæ mobilis & ęquatoris,Sunt enim intersectiones eclipticæ nonæ & ęquatoris,eedem semper cum capitibus Arietis & Libræ primi mobilis, cum superficies eclipticarum primi,& nonæ spheræ, nunquam separentur a se inuicem,& ita earumdem cum ęquatore intersectiōes, communes & easdem esse oportet;dicta autem puncta,quę capita Arietis & Libræ nonæ spheræ appellantur,possunt abesse longissime a capitibus Arietis & Libræ primi,& nunc absunt plus vndecim gradibus secūdum Alphonsinum calculum.Puncta etiam illa eclipticæ mobilis & octaui orbis,quę capita mobilia Arietis & Libre appellantur,iam subsequantur fere.20.partibus(tantumdem enim quanta est aux communis)capita Arietis & Libræ primi. Attamen, intersectiones eiusdem mobilis eclipticæ & ęquatoris hac tempestate præcedere capita Arietis & Libræ primi,quinque partibus, paulo post demonstrabitur,Non sunt ergo capita mobilia Arietis & Libræ,intersectiones mobilis eclipticæ & ęquatoris. His præmissis, Probatur propositio. Est impossibile euidenter,quorumcunque magnorum circulorum cum ęquatore intersectiones coincidere, nisi aut coniūctis superficiebus eorūdem,aut ni sese in ęquatore interse cauerit,Da enim cōuenire duorū magnorū circulorū cū ęquatore intersectiones,nec tamē coniungi superficies eorūdē,dabis statim illos circulos sese intersecare in ęquatore,sed nō possunt prędictę eclipticę in ęquatore sese intersecare, nisi sint capita mobilia arietis & Libræ cū,initijs Cācri & Capricorni eclipticę primi mobilis,quod nec fuit ab initio nec adhuc in decem milibus annis accidere poterit Vera est igitur proposio.Probatio minoris.Non possunt se eclipticæ prædicte intersecare in ęquatore,nisi in capitibus Arietis & Libræ primi,Sunt autem capita mobilia Arietis & Libræ, puncta maximarum latitudinum eclipticarum a seinuicem, Per quadrantem ergo circuli ea distare ab intersectionibus earumdem eclipticarum necesse est.Et ita si se intersecauerint eclipticæ in principijs Arietis & Libræ,erunt necessario ista capita mobilia in principijs Cancri & Capricorni,Id autem,nec fuisse ab initio,nec fore vmquam,nisi mundus decem adhuc milibus annis superuixerit, Alphonsinus calculus edocet promptissime.Non potest enim caput mobile Arietis fuisse cum principio Capricorni,a quo venit proximius,nisi fuisset simul caput Arietis nonæ(centrū videlicet circelli orientalis,pro

pe idem initium Capricorni, non longius ab eo quam eſt ſemidiame trus parui circuli, Diſtat autē hoc tēpore caput Arietis nonę ab initio Capricorni, gra. 101. & minutijs aliquot, ſecundū Alphōſinas tabulas, At motui capitis Arietis nonæ, in tāto arcu, reſpōdēt in eiſdē tabulis, anni. 1350. Certum eſt autē mundū vix mediū illius temporis durauiſſe, Eodē modo demōſtratur, id nunquam fore, niſi plus decē adhuc milibus annorum mūdus ſuperuixerit. Manifeſta eſt ergo propoſitio.

ID propterea, ſi quando in ſequētibus id vſui erit, ſimpliciter accipiemus, Non coincidere interſectionem ſolaris itineris & ęquatorum cum capite Arietis primi, quod eſt in tabulis, niſi cum ſuperficies eclipticarum coniunguntur. Ne idem ſemper repetēdū ſit.

PROPOSITIO quarta, Non coniunguntur vnquam eclipticarum ſuperficies, niſi cum capita mobilia Arietis & Libræ fuerint in plana ſuperficie eclipticæ nonæ ſpheræ, Id quod in ſeptē milibus annis (vna videlicet reuolutione parui circuli) bis tantū accidere poteſt, vt quando medius motus acceſſus eſt quadrans circuli aut tres quadrantes.

PRobatur propoſitio. Quod enim tunc coniungantur plane ſuperficies eclipticarum omnium manifeſtum eſt, quoniam quandocunque eclipticarum ſuperficies non ſunt cōiunctę, capita mobilia, ſunt puncta maximę remotionis earumdem a ſe inuicem. Cum ergo capita mobilia eclipticæ octauæ ſpheræ, ſunt in ſuperficie eclipticæ nonæ ſpheræ, neceſſe eſt & ſuperficiem eclipticæ octauæ cum ſuperficiebus eclipticarum nonæ & primi coniunctam eſſe, Quod etiam ſolum tunc coniungantur, eque manifeſtum eſt. Si enim das eclipticarum ſuperficies eſſe coniunctas, das continuo nullum punctum ſuperficiei vnius eſſe extra ſuperficiem alterius, eapropter, & puncta illa eclipticæ octauæ, quę capita mobilia Arietis & Libræ vocantur, non erunt extra ſuperficiem eclipticæ fixæ. Hoc autem, bis tantum accidere in vna reuolutione parui circuli quando ſcilicet medius motus acceſſus eſt quadrans circuli aut tres quadrantes, non minus indubitatum eſt, quoniam, his duobus tantummodo punctis, parui illi circuli, quos capita mobilia motu acceſſionis deſcribunt, cum ecliptica nonæ & primi mobilis coincidunt, ergo in duobus his tantum punctis capita mobilia cum fuerint, ſunt in ſuperficie eclipticæ nonæ ſpheræ.

COROLLARIVM. Neque igitur nunc eſt, nec in tribus ānorū milib⁹ elapſis ꝓxime, vnquā fuit ęq̄noctiū, exiſtēte ſole in capite Arietis aut Librę primi mobilis q̄ ſūt i tabulis, neq; etiā ſol

ſticia, quan

ſticia. quando ſol in principio Cancri, aut Capricorni numerabatur.

☞ Hoc corollariũ eſt euidẽs ex pręcedentibus propoſitionibus. Non enim fit ęquinoctium, niſi exiſtente ſole, ſub altera interſectionum eclipticę octauę & ęquatoris. per primam & eius corollarium. Capita autem Arietis & Librę in tabulis non ſunt eclipticę octauę, & æquatoris mutue ſectiones, per ſecundam propoſitionem, neque conueniunt interſectiones eclipticę octauę, & æquatoris, cum capitibus Arietis, & Librę primi mobilis, niſi quãdo medius motus acceſſus eſt quadrans circuli, aut tres quadrãtes, per quartam propoſitionẽ. Id autem, nec fuiſſe in tribus milib⁹ annis elapſis proxime, nec fore adhuc ante annum chriſtiane ſalutis. 1766. Alphonſinus calculus demonſtrat. Ea pars corollarij, quod ſcilicet idem fuerit in ſolſticijs, cõſequitur ad primam quam iam probauimus. Euidens ergo factum eſt, quod primo loco demõſtraturos nos recepimus. Errare videlicet vulgus aſtronomorum vniuerſum, exiſtimantium fieri æquinoctia, ſolſticia ve, cum ſolem in Alphonſinis tabulis, in principijs Arietis, Libræ, Cancri atque Capricorni numerauerint.

☞ PRAEDICTI erroris quantitatem indicare Hoc eſt. Quanta poſſit maxima eſſe diſtantia punctorum ęquinoctialium, Solſticialiumque, ab initijs Arietis, Librę. Cancri, & Capricorni, quę in tabulis ſunt.

VT SERMO noſter, in ſequentibus ſit commodior & expeditior, de puncto vernalis ęquinoctij hoc inueſtigabimus, quantum ſcilicet maxime diſtare poſſit a capite Arietis primi, quãtum ipſum pręcedere, quantum ve ſubſequi. Ita & autumnalis ęquinoctij, & ſolſticialia puncta non ignorabũtur. Vernalis ęquinoctij punctum, hic intelligimus, vt vere eſt, vernalem ſectionem eclipticę octauę, aut ſolaris itineris & æquatoris, ſub qua dum ſol eſt, fit vernum ęquinoctium. Quia autem vt ſciamus quãtum pręcedat, ſequatur vernale punctum, ipſum caput Arietis, pręſcire oportet quãdo pręcedit, quando ve ſequitur. Id primo explicabimus, & deinceps, quando maxime hæc elongantur a ſe inuicẽ, poſtremo, quanta eſſe poſſit maxima iſta elongatio. Et hæc quatuor ſequentibus propoſitionibus euidentia faciemus.

PROPOSITIO quinta. Vernale pūctum, tunc ſemper præcedit caput Arietis primi, quando medius motus acceſſus eſt maior tribus quadrantibus circuli, aut vno minor. Sequitur autem cum dictus motus quadrante maior eſt minor tamen tribus.

HAEC propoſitio euidenter fieret, ſi theorica Alphonſina & recentiorum omnium motus octaui orbis, ad Mathematicum typum trāſlata, oculis ſubijceretur. Sed & hoc pacto euidentem eam faciemus. Vernale punctum tunc conuenire ſolum cum capite Arietis primi, quando medius motus acceſſus, eſt præciſe aut quadrans circuli, aut tres quadrantes, quarta propoſitio manifeſtum reddidit, cū ergo hic motus eſt maior aut minor quadrātē vno, aut trib9, pręcedet necio vernale punctum, aut ſubſequetur, idē caput Arietis, cum nō ſit ſimul. Sed quod præcedat, quandocunque medius motus acceſſionis vno quadrante circuli minor eſt, aut maior tribus, ita palam faciemus. In primis enim, quod pūctū illud ecliptice octaue quod eſt cum capite Arietis primi in eadem longitudine, tunc ſemper habeat latitudinem ſeptentrionalem ab eodem capite, re ipſa manifeſtum eſt. Caput enim mobile Arietis tūc ſemper manet in medietate parui circuli ad boream declinante ab ecliptica fixa. Habetque tota ea medietas ecliptice mobilis, in qua ſunt, tam caput mobile, quam punctum illud quod in eadem eſt longitudine cum capite primi, latitudinem ſeptemtrionariam ab ecliptica fixa. Neceſſe eſt ergo, punctum hoc mobilis ecliptice, cui in longitudine reſpondet caput Arietis primi, habere borealem latitudinem ab eodem. Sicut vnumquodque punctorum eiuſdem ſemieclipticę mobilis, a punctis eclipticę fixæ ſibi reſpondētibus. Habet ergo punctum illud etiam declinationem ſeptemtrionalem ab equatore, cum caput Arietis primi in equatore ſemper exiſtat. Sed omne punctum eclipticę quod habet ſeptentrionalem declinationem, ſequitur interſectionē vernalem ſuæ eclipticæ & ęquatoris, quēadmodum ex ſe manifeſtum eſt. Punctum ergo eclipticæ mobilis quod in eadem eſt lōgitudine cum capite Arietis primi, hoc eſt, in eodem ſemicirculo per polos eclipticæ incedente, ſequitur necio vernalem interſectionem eiuſdem eclipticæ & ęquatoris, quod punctum eſſe vernalis ęquinoctij, prima demonſtrauit. Igitur & caput Arietis primi ſequitur idem vernale punctum, quandoquidem, in eadē eſt longitudine, cum eo puncto quod ſequitur. Pręcedit ergo vernale punctum, quod erat demonſtrandum. Eodem modo punctum vernalis ęquinoctij oſtendetur ſequi caput Arietis primi, aut quod in tabulis eſt, quando medius motus acceſſus, eſt maior quadrante circuli, mi-

nor tamen

nor tamen tribus. Tunc enim nccē erit punctum eclipticæ mobilis, quod est in eadem longitudine cum capite primi, habere declinatio-nem meridianam ab ęquatore, præcedet ergo sectionē vernalem suæ ecliptice & ęquatoris. Id propterea, & caput Arietis primi, quod eā dem cum dicto puncto longitudinem habet, præcedet nccio eandem sectionem, quod punctum est verni ęquinoctij. Vera igitur propo-sitio.

PROPOSITIO sexta. Tunc incipit punctum vernalis ęqui noctij præcedere caput Arietis primi, cum motus accessus inci-pit crescere super tres quadrantes circuli, estque status in hac elonga-tione, hoc est, elongatio ad hanc partem maximā, existente capite mo bili in puncto maxime latitudinis septentrionalis parui circuli, vnde incipit motus accessus in Alphonsinis tabulis. Tunc tamen sequi in cipit vernale punctum caput Arietis prędictum, quando motus acces sus incipit crescere supra quadrantem circuli. Et status est in hac elō gatione, quando motus accessus est semicirculus.

HAEC propositio, ex proxima & prioribus manifesta est. Per tertiam enim, coniungitur pūctum verni ęquinoctij cum capi te Arietis primi, quando motus accessus est præcise tres quadrantes circuli. Et ex proxima præcedenti manifestum est vernale punctū, tunc semper præcedere caput Arietis predictum, quādo motus acces sus excedit tres quadrantes. Incipit ergo præcedere, quoniam motus accessus crescere incipit se per tres quadrantes. Quod autem sit status in hac elongatione, i. remotio maxima, vernalis puncti, a capite Arie tis prædicto, quando caput mobile est in puncto parui circuli maxi-me septentrionali, patet, quoniam ecliptice tunc maxime remouen-tur a se inuicem, habetque, punctum illud mobilis eclipticæ, cui caput Arietis primi in longitudine respondet, maximam ab ęqua-tore declinationem, Ideoque & maxime remouetur, tam ipsum, quam caput hoc Arietis primi cum quo habet eandem longitudinem, a se-ctione vernali eclipticæ mobilis et ęquatoris. Simili modo secunda pars propositionis manifesta reddetur.

PROPOSITIO septima. Pro quantitate maximarum elon gationum vernalis pūcti, a capite Arietis nonę, aut quod in tabu lis est.

SI theorica Thebit de motu octauæ sphere esset vera, videlicet octa


uę sphere,pręter motum mundi,vnicum motum inesse,trepidationis scilicet,per quem capita Arietis & libræ mobilia, puncta eclipticæ octauę spheræ,duos circellos describant,circa capita Arietis,& libræ primi mobilis,quorum semidiametri,æquent in orbe signorum,gra. 4.minu.18.42. Sequeretur euidenter,theorica hac ad mathematicam euidentiam translata,quod ecliptica mobilis,ęquatorem successiue,secaret in singulis punctis comprehensis in duobus arcubus,quos ecliptica mobilis in duobus situbus contactuum ab æquatore separaret,existentibus capitibus Arietis,& libræ mobilibus,in punctis maximarum latitudinum paruorum circulorū.Sequeretur secūdo,quod quantitas cuiusque illorum arcuum,esset circiter.24,graduum,&.30. minutorum,maximaque distantia sectionis vernalis eclipticæ octauæ & equatoris capite primi in æquatore.10,gra.&.30.minu. Theoricam hanc Thebitis quisquis latius videre voluerit,Purbachium consulat,Trac.vlti.de Theoricis planetarum,vbi eam prolixe explicat, & hanc quantitatem maximarum elōgationum , intersectionum eclipticæ octauæ & æquatoris, a capite Arietis primi, ex dicta positione colligit. Quę,si quis mathematica euidētia nosce cupiat,hoc sciet pacto. Contingente ecliptica mobili paruos circulos(quod est, cum capita mobilia sunt in punctis maximarum latitudinum paruorum circulorum)est arcus circuli latitudinis, intercept9 inter caput Arietis mobile,& caput Arietis primi, semidiameter parui circuli,quam ponit Thebit æquare in circulo magno,gradus.4.18.42 Habet ergo caput mobile Arietis declinationem ab æquatore,gradus.3.54.10.Per scientiam triangulorum speralium,quod idem inuenies per.51.problema primi mobilis. Io.de mon.re.& per.1.&.2. eiusdem in tabulas directionum.Igitur arcus interceptus īter caput Arietis mobile,& sectionem eclipticę octauę & æquatoris,erit graduum.10,fere. per conuersam decię tertię dic.1.magnę cōpositiōis.pto.& p.17.primi Epitho. Io.de mon.re.Quę est secundū hanc positionem, remotio maxima capitis Arietis mobilis a sectione vernali.Cum itaque trianguli sphęrici duo latera cognita sint in partibus circuli magni, videlicet, arcus interceptus inter caput Arietis mobile,& caput Arietis primi,gra.4. 18.42.& arcus eclipticæ octauæ inter sectionem eiusdem eclipticæ cū æquatore& caput mobile comprehensus,graduum.10.angulus quoq; sectionis eclipticæ octauę, & æquatoris (maxima videlicet solis declinatio)cognitus ponitur in eisdem partibus,notus erit arcus tertius qui intercipitur inter sectionem eclipticæ octauę cum æquatore,& caput Arietis primi,Et inuenitur ille quem supra cum Purbachio posuimus.

Octaua pro

OCTAVA propositio. Secūdū Alphōsinā & recētiorū oīm de motu octaui orbis positionē. potest arcus eclipticæ octauæ cōprehēsus inter pūctū vernalis equinoctij & circulū incedētē per polos eclipticę & caput arietis primi, eē.21.gra.&.9.fere mi. Sed īter caput Arietis primi & vernale pūctum, circiter.22.gradus equatoris intermedij esse possunt.

PRobatur hæc propositio, Si ponātur simul secundum longitudinem tria capita Arietis, videlicet, primi, nonæ & caput mobile (quod fieri posse Ipse te Alphonsinus calculus docebit) erit necessario caput mobile Arietis in altero punctorum maxime latitudinis parui circuli, eapropter, habebit latitudinem ab ecliptica primi totam semidiametrū parui circuli, quam ponit Alphōsus equare in circulo magno, gra.9. Id propterea, erit declinatio eiusdē capitis mobilis ab equatore, gra.8.mi.16. p scientiā triāgulorū sphericorū, quod idē te docebit pble.51.primi mobilis. Io.de re.mō, & secūdū eiusdē, ī tabulas directionū, Distabit igit͛ caput mobile a pūcto vernali aut sectiōe eclipticę octauæ & equatoris, gra,21.& mi.9.fere, p cōuersam.13.dic.1.mag.cōposi.Pto.& p cōuersam.17.primi Epitho.Io.de mō,re, sed posita sunt hęc capita in eadē lōgitudine, hoc est: in eodē circulo p polos eclipticæ incedēte Vera est igitur prima pars propositionis.

PRęterea. Cum stante casu prædicto, trianguli spherici duo latera cognita sint in partibus circuli magni, videlicet arcus latitudinis interceptus inter caput Arietis mobile & caput Arietis primi, graduum,9.& arcus eclipticę octauę prędictus: qui intercipitur inter punctum vernale & circulum per polos eclipticę & caput primi trāseuntē, graduū.21.&.9.minutorum, Angulus etiam intersectionis eclipticę octauę & equatoris datus est, Igitur latus tertiū notum erit. videlicet arcus equatoris inter vernale punctum & caput Arietis primi comprehensus, qui hoc pacto per scientiam triangulorum sphericorū inuenitur eius quātitatis quā diximus. hoc.22. fere graduum,



Idē, si libet, alia via experiri poteris accipiēdo hos tres arcus ex qbus hic sphericꝰ triāgulus cōstitutꝰ est, qu asi lineas rectas quod hac in re nihil erroris sensibilis potest inducere. Sit itaq; triāgulꝰ.a b c,a. cētrū pui circuli & simul caput Arietis primi.b. pūctū vernale.c. caput mobile arietis, q̄rit͛ quātitas arcꝰ.a b. equat. īter pūctū vernale, & caput arietis primi cōprehēsꝰ ī casu priꝰposito. Datꝰ est āgulꝰ.a b c. ītersectiōis eclipticę octauę & equatoris. quē hic.23. ptium cum dimidia commoditatis causa accipiamus (parum enim

abest a ve

abest a vero) secundum quantitatem qua angulus rectus est partium 90. secundum quantitatem vero qua angulus rectus est.180. partiũ, est prædictus angulus,47. partes, arcus igitur. a c.circuli. a b c. hunc triangulum circunscribentis erit.47.partium, secundum quantitatẽ qua totus circul⁹ est.360.corda igitur.a c.(quę est arcus latitudinis in ter caput mobile & caput Arietis primi interceptus est.)47.partium 51.minutorum, qualium est diameter circuli. a b c.120.per .11.dic. 1.mag.compo.Pto.Sed tam chorda b c,quã chorda c a cognite sunt am bo in partibus circuli magni,hæc gra.9.illa.21.&.9.minutorum Igitur chorda.c b.data erit in partibus,in quibus.c a.est.47.&.51. mi nuta.fitque taliũ.110.&.30.minutorũ. Arc⁹ igitur. b c,circuli.a b c. erit partium.134.&.9.minutorum,secundum quantitatem qua cir= culus.a b c.est,360.partium,Per.11.dic.1.cõpo.mag,Pto. Arcus ergo residuus.a b.circuli.a b c. datus erit,& chorda eius.a b.erit.119.partiũ &.59. minutorum, qualium est in diameter circuli.a b c,120.& chor da.c a.47.&.51.minuta, per eandem prime dic. Pto. Ergo qualium partium.c a.est.9.talium.a b.est.22.fere. Est autem.a b.arcus ęquato ris interceptus inter vernale punctum & caput Arietis primi, in casu hypotesis prædicte,Euidens est ergo & secunda pars propositionis.

COROLLARIVM. Cum itaque tãto interualo abesse pos sit vernale punctum a capite Arietis primi,secundum Alphõ= sinam & modernorum omnium Astronomiam,Non possum satis mirari tãtã Astronomorũ nostrorũ ,incuriam ne dicã ignorantiã,q̃ hactenus tam secure,tam indiscusse,introitum Solis in caput Arie= tis primi pro verno ęquinoctio acceperunt

☞ RATIONEM DEMONSTRARE ęquinoctiorum,solsticiorũque quouis tempore inue= niendorum secundum Alphõsinam,& om nium huius temporis Astronomiam.

RESTAT IAM VNIVERSALEM Quan dam rationem demonstrare, per quam inueniri possit, quantum quouis tempore punctum vernalis ęquinoctij præcedat,sequaturve,caput Arietis primi,aut quod in ta bulis est. Distare enim hæc a se inuicẽ secũdũ Alphõsinã(quę est oĩm hui⁹ temporis) Astronomiã fatẽtur oẽs,sed& plurimũ distare

posse,iam

posse,iam demonstrauimus. Quantum igitur vno quoque tempore vernale punctum a capite Arietis primi remoueatur,& cū quo punc. eclipticæ fixæ sit in eadem longitudine,qua quisque inuenire possit, μεθοδον quandam conabimur ostendere eamque facillimam. Sed ante necesse est indicare,quodammodo latitudo capitis Arietis mobilis ab ecliptica fixa in quocunque situ suo in paruo circulo, cognosci possit. Pro quo sit hæc propositio,

NONA PROPOSITIO. Latitudo capitis Arietis mobilis ab ecliptica fixa hoc pacto deprehenditur. Si medius motus accessus quadrantem circuli non excedat,erit complementum eius,argumentum latitudinis quęsite,& quod illi argumento respondet in tabula ęquationis motus eiusdem,est latitudo capitis quam quęrimus. Quod si motus accessus sit maior quadrante,ac non maior semicirculo,reijce quadrantem,& residuum tibi sit pro argumento latitudinis, cum quo operare vt iam diximus,& pręsto erit latitudo quęsita. Si vero motus accessus sit maior semicirculo,tres tamen quadrantes nō excedat,reijce ab hoc motu semicirculum,& complemētum residui habebis pro argumento latitudinis dicti capitis, quam modo iam dicto inuenies. Si denique motus accessus excedat tres quadrantes circuli, abijce tres quadrantes,& cum residuo vt argumento nota fiet latitudo capitis quęsita.

PATET propositio. Aequalis est enim maxima latitudo capitis Arietis mobilis, maxime æquationi motus accessus, vtraque videlicet,semidiameter parui circuli. Et cuius,maxima ęquatio est sinus rectus,eiusdem maxima latitudo est sinus versus, & econtra. Eapropter,vbi latitudo capitis mobilis est maxima,ęquatio motus accessus est nulla,& vice versa,vbi ęquatio maxima est,latitudo nulla est. Quę igitur est latitudo capitis mobilis certam distantiam ab altero punctorum parui circuli in ęcliptica fixa existentium obtinentis, eadem est æquatio motus accessus,capite mobili eandem distantiam ab alterutro punctorum maxime latitudinis parui circuli habente,& econtra. Vera igitur propositio.

CORROLARIVM insufficienter ergo docuit Io. Esl3er in libello quod speculum astrologorum inscripsit, inuenire latitudinem capitis Arietis mobilis ab ęcliptica fixa,ita dicens. Si medius motus accessus subtrahatur a quadrante circuli,quod residuo,vt argu-

mentum

mento respondet in tabula æquationũ motus accessus, est latitudo quę sita. Patet ex propositione.

PROPOSITIO decima. Quantum distet pũctum vernalis æquinoctij a capite Arietis primi, quemadmodum quouis tempore inueniri possit, demonstrare.

DIstantia puncti vernalis æquinoctij a capite Arietis primi, duobus modis supputari potest, Vno quidem modo, per arcum æquatoris qui intercipitur inter vernale punctũ & caput primi. Et hæc proprie verissimaque, eorum, distantia est. Sumitur enim in eodem circulo in quo est vtrumque, tam punctũ vernale, quã caput Arietis primi in æquatore videlicet. Aliter accipi potest eorũ distantia, per arcum solaris itineris aut eclipticæ octauæ, interceptum inter pũctum vernalis æquinoctij, & punctũ eiusdem eclipticæ octauę quod cũ capite Arietis primi est in eadẽ lõgitudine. Hoc est, in eodẽ semicirculo per polos eclipticæ ducto. Hic autem modus, tametsi nõ propriam veramque eorum inter se distantiam accipiat, vernalis videlicet pũcti, & capitis arietis, primi, quia nõ ĩ eodẽ circulo, ĩ quo est vtrũque. magis tamen cõducit proposito astronomico. Indicat enim, quãtum intersit inter introitum Solis in verum punctum vernalis ęquinoctij, & introitum eiusdem in caput Arietis primi, hoc est, in punctum eclipticæ octauę, cum quo est in eadem longitudine, caput primi. Haud enim aliter Sol in caput Arietis primi ingreditur, quam vt sit in puncto eclipticæ octaue, cum quo caput primi in eadem longitudine constituitur. quemadmodum ex prima huius manifestum est. Si quidem, superficiem eclipticæ octauæ nunquam egreditur. Vtroque horum modorum distantiam hanc vernalis puncti a capite Arietis primi inuenire monstrabimus. Prius tamen secundus explicapitur. Quoniam & ille plus necessarius est in re astronomica, nec primus sine hoc commode explicari poterit.

HAbitur ex tabulis Alphonsinis distantia capitis Arietis mobilis, aut puncti eclipticæ fixæ cum quo idem caput est in longitudine, a capite Arietis primi. Est enim ea quæ in tabulis dicitur Aux communis. Declinatio ergo dicti pũcti eclipticę primi data erit, per 13 dic. 1. Almag. Pto. & 17. primi Epitho. Io, de. mon. re. Data est etiam latitudo capitis mobilis ab ecliptica primi,

ca primi, per præcedentem. Nota ergo fiet declinatio eiusdē capitis mobilis per sciētiam triangulorū spheraliū, si illam calleas. Aut p 51. problema primi mobilis Io. de mon. re. & per secundum eiusdem in tabulas directionū. Arcus igitur eclipticæ octauæ, inter caput mobile & sectionem eclipticæ octauæ & ęquatoris (quæ punctum vernalis ęquinoctij est) cognit⁹ erit. Per cōuersam. 13. dic. 1. Almag. Pto, & conuersam. 17, primi Epitho. Io. de mon. re. At prius inuētus erat arcus distantiæ in ecliptica fixa inter circulum latitudinis per caput mobile incedentem, & caput Arietis primi interclusus, quam augem cōmunem esse diximus, cui ęqualis est arcus inter prędictum circulum latitudinis & alium similem per caput Arietis primi transeūtem in ecliptica octauæ interceptus, aut omnino insensibiliter ab eo differēs. Dat⁹ est igitur arc⁹ eclipticę octauę, īter caput mobile, & caput Arietis primi (hoc est, punctum eclipticæ octauæ quod est cum capite primi in eadem lōgitudine) īterceptus. Subtracto ergo hoc arcu, ab eo qui inter caput mobile & punctum vernale interceptus est, aut econtra, relinquitur arcus quęsitus, qui scilicet in solari itinere intercipitur inter punctum vernalis ęquinoctij & punctum eclipticæ octauæ quod est cum capite Arietis primi in eadem longitudine, Ita quidem faciendum est, nisi mediaret caput mobile, inter arcum qui intercipitur inter ipsum & punctum vernale, & arcum interclusum inter ipsum & caput Arietis primi, (quod quando accidat, ex quinta et sexta propositionibus scire poteris.) Tunc enim, non alter horum arcuum ab altero subtrahendus esset, sed alter alteri addendus, ad habendum arcum quem querimus, interceptum inter punctum vernale & caput primi &c.

IAM queādmodū inuenire possis distantiā vernalis puncti a capite Arietis primi in arcu æquatoris inter illa intercepto docebimus. Inuenies primo arcum circuli latitudinis per caput mobile incedentis, inter ipsum & æquatorem comprehensus, adiutorio secundi probleumatis. Io. de mon. re. in tabulas directi, & tabulæ generalis declinationum eiusdem. Et est iam inuentus arcus eclipticæ octauæ inter caput mobile & punctum vernale interclusus. Angulus etiam intersectionis eclipticæ octauæ & æquatoris datus est. Arcus igitur æquatoris comprehensus inter punctum verni æquinoctij & circulum latitudinis prædictum per caput mobile incedentem (tertium videlicet latus trianguli spherici) datus erit per scientiam triangulorum spheralium, & per scientiam arcuum &

cordarum circuli,si his arcubus trianguli spheralis(quod hic nullũ errorem inducere poterit)vt rectis lineis vtamur. Datus est prętereea ex Alphonsinis tabulis,arcus eclipticæ fixæ,inter circulum latitudi nis per caput mobile icedētē,& caput Arietis primi itercept⁹. Ipsa vi delicet Aux communis. Datur item,arcus circuli latitudinis per ca put mobile incēdentis,inter eclipticam fixam & ęquatorem compre hensus,per prædictam tabulam declinationũ generalem Io.de mō. re, Angulus etiam insectionis eclipticæ fixæ & æquatoris cognitus est,notus ergo fiet arcus ęquatoris,comprehensus inter circulum la titudinis per caput mobile incedentem & caput Arietis primi, per scientiam triangulorum spheralium,& scientiam arcuum & chorda rum circuli,si illis tribus arcubus vt rectis lineis vtamur,quod sine er rore hic fieri potest. Aut idem arcus ęquatoris sic notus fiet,si arcum circuli latitudinis prędictum,& arcum eclipticæ fixæ qui aux com munis dicitur,vtrumque i se multiplicauerimus quadrate, Nam pro uenientium quadratorum in vnum aggregatorum ,radix quadrata, est arcus ęquatoris, comprehensus inter circulum latitudinis per ca put mobile incedentem & caput primi,vtendo his arcubus vt lineis rectis. Per penultimam primi Euclid. Continent enim, arcus ecli pticæ prędictus qui Aux communis dicitur,& dictus arcus circuli la titudinis inter ęquatorem & eclipticam fixam comprehensus,angu lum rectum,ex quo circulus latitudinis per polos eclipticæ incedat, Subtrahendo igitur arcum ęquatoris vltimo inuentum, qui scilicet est inter circulum latitudinis per caput mobile incedentem & caput Arietis primi,ab arcu ęquatoris primo loco inuento, qui scilicet est inter eundem circulum latitudinis & punctum vernalis ęquinoctij aut ecōtra, minorē a maiori,aut addēdo vnũ alteri, si circul⁹ latitudi nis p̱ caput mobile trāsiēs(quod ex.5.& sexta proposit. sciri potest) per communem terminum horum arcuum incederet,& illos a se di uideret. habebitur arcus ęquatoris qui est inter caput Arietis primi.& punctum vernalis ęquinoctij, qui querebatur.

COROLLARIVM.i. Anno igitur christianę salutis octa uo supra millesimum & quingentesimum,fuit arcus solaris cir culi inter punctum verni ęquinoctij & caput Arietis primi(.i.pũcti in ecliptica octauæ quod cum capite primi erat in eadem longitudi ne) comprehensus,graduum quinque & nouem minutorum. Arcus autem ęquatoris inter idem vernale punctum & caput Arietis pri mi comprehensus,pauxilo maior.

1508

Errant ergo

ERRAVIT ergo Ioannes Esszer in libro quem speculum Astronomorum inscripsit, qui hãc distantiam vernalis puncti a capite Arietis primi anno memorato, demonstrasse se credidit gra. 4. cum dimidio.

PATET COROLLARIVM ex propositione, si ipsam calculo exequaris. Fuit siquidem anno memorato, caput mobile, in eadem longitudine cum puncto eclipticæ fixæ distante a capite Arietis primi, gra. 19. 55. fere. tanta enim erat Aux communis illo anno. Eratque puncti huius declinatio septentrionalis (veluti ex tabulis discere potes) gra. 7. 48. circiter. Et fuit latitudo capitis mobilis, eodem anno, gra. 2. minu. 3. etiam septentrionalis. per nonã huius. Fuit igitur declinatio dicti capitis. gra. 9. 43. minu. septentrionalis. Quemadmodum ex tabulis declinationum inuenire potes. Sequebatur ergo vernalem sectionem eclipticæ octauæ & ęquatoris, gra. 25 3. Per cõuersam. 13. dic. 1. Almag. Pto. &c. quod etiam medio tabularum declinationum potest cognoscere. At inuentum est ante, idem caput mobile sequi caput Arietis primi. 1. punctum solaris itineris quod cum capite primi est in eadem longitudite, gra. 19. 54. 52. Subtracto ergo illo a. 25. gradibus & 3. minutis, relinquitur arcus eclipticæ octauæ inter vernalem sectionem, & punctum eiusdem eclipticæ quod cum capite mobili tunc in eadem longitudine erat, gra. 5. minu. 9. &. 8. secunda. Eandem quam dicit corollarium, inuenies quantitatem arcus ęquatoris inter caput Arietis primi & punctum vernale anno prędicto intercepti, si quod te docet propositio, experiri libeat.

HIC TE ADMONEAM LECTOR OPORtet, quid causę sit, quod contra institutum alioqui nostrum solius Ioannis Essizer Magnutij errores nominatim coarguimus. Si etenim hoc nobis propositum fuisset, arguere quotquot Astronomorũ lapsos deprehẽdissemus, quos quęso præterissemus? quã do nemo fere his in rebus non errauerit. Sed vt intelligas id nulla ęmulatione, immo necessitate a me factitatũ. Edidim⁹ anno ab hinc secundo libellum contra nugiuendos quosdam circulatores qui plus quam aniles fabulas, meraque insomnia emittũt ãnuatim in vulgus, veluti ex Astrologiæ adytis deprompta, quæ Astrologia se nunquã cognouisse p sydera omnia deierabit. Per quos effectũ est vt diuina alioqui sciẽtia, non tantũ fabula, sed & superstitio, & pestis quędã

 christianę

chriſtianę religionis a plęriſque eſſe exiſtimetur. Aduerſus quos id quoque pollicebamur, quod nunc præſtamus, demonſtraturos vi-delicet nos, illos omnes, in ęquinoctijs ſolſticiiſque plus quinque die bus aberrare, nec vera ſtellarum loca ex tabulis aſſequi. His itaque, cum quidam ſua & vulgi opinione primi nominis aſtrologus, ſed re uera tam indoctus. tam ſtupidus, vt non modo expers ſit totius ma-thematicæ, omnis philoſophiæ, omnium denique literarum, ſed eti am communem hominis ſenſum in eo requiras, ſuam autoritatem labefactari putaret, prognoſtico huius anni quod ex more edidit apo logiam quandam pręmiſit, nil aliud quam mera cōuicia, meras ſyco phantias continentem. Sed tam indoctam, tam ineptam, tam ridicu lam, vt facile authorem ſuum referret, neque ſane alia reſponſione egebat, vt quę ſeipſam infinitis elidebat modis. Primus tamen calor, cum forte in manus noſtras incidiſſe, id a nobis extorſit vt illi reſ-pōderemus, ne ſibi diutius tam ſuaue blandiretur quaſi triumphum de nobis retuliſſet. Fuit nobis conſilium in primo illo feruore, edere reſponſionem noſtram, quę non omnino nullam legentibus vtilita tem, in re aſtrologica præſertim, afferre potuerat, ſed maturius deli-beranti aliter viſum eſt. Primum enim pudebat me cum homine tā bardo, tam ſtupido, tam indocto digladiari, qui ne nominari quidē dignus eſt, Deinde, Quoniam perſpiciebam illius virulentiſſimis calumnijs nihil omnino me lędi potuiſſe, quod tam inepte eſſent, tā barbare, tā vndique autori ſimilime, vt nihil dubitarē neminē paulo doctiorē tam patienti eſſe ſtomacho qui eas legere potuiſſet. Decre ui itaque, ne hic quidem hominem nominare. Sed quod ad rem pręſentē attinet. Inſimulauit me ille furti in ſua illa præclara apologia, vſurpatorem alicui laboris compellauit, affirmans, quæ promitteba-mus a nobis demonſtrari non poſſe, ſed ex libello Magnutini illius ſuffuratum me illa dicebat. Neceſſe itaque habuimus Magnutini illius hic meminiſſe, vt videres lector, quantum inter nos conueniat. Illum enim, quod conabatur, non aſſecutum iam oſtendimus. Immo quam diſtantiam vernalis puncti a capite Arietis primi, ex ſua (quam putabat) demonſtratione, gra. 4. cum dimidio collegit, nos graduum quinque & nouem minutorum demonſtramus. Eſtque plane euidens mathematicæ peritis, ſi qui forte libellum hominis perlegerunt, non intellexiſſe eum, linearem demonſtrationem quam adducit, petitur enim quod in ea erat demonſtrandum.
Sed præter noſtrum inſtitutum eſt, aut huius, aut cuiuſuis alte-rius errores hic nominatim coarguere. Hæc tantum admonuimus

nearcha.

ne archadica illa belua, aut si qui alij eius pecoris sunt, hic iterũ nos plagij reos faciant.

COrollarium secundum. Punctum vernalis ęquinoctij, est hac tẽpestate cum principio vigesimi sexti gradus Piscium eclipticæ primi, & proportionabiliter, punctum autumnalis ęquinoctij, & solsticialia puncta, præcedunt capita Librę, Cancri, & Capricorni quæ in tabulis sunt quinque gradibus. Eapropter, in vernali æquinoctio paulo plus quinque diebus aberratur, in autumnali autẽ, quinque diebus, plus duabus horis. In solsticio vero ęstiuo, quinque diebus & circiter quartam vnius diei, &c.

PRima pars huius corollarij manifesta erit ex propositione, si ipsam calculo exequaris. Secũda ꝑs sequitur ex prima, si supputes quãtum temporis respondeat motui Solis in arcu quinque graduum ante puncta ęqualitatum & solsticialia, vt in tabulis accipiuntur.

☞ Euidens ergo factum est quod hac parte explicaturos promisimus.

☞ Astronomorum Astrologorumque errata plurima, maxiaque, quę ex non recta ęquinoctialium, solsticialiumque punctorum obseruatione consequuntur, indicare.

IAM AD VLTIMAN INSTItuti operis partem veniendum est. In qua reliquum est ostendere, nõ esse vera stellarum loca in cœlo quę ex tabulis existimantur. In quãtis quoque erroribus, vniuersa Astronomia ac Astrologia versetur, ob eorum quę hic docemus & ignorantiam & neglectum. Qua in re, eundem quem in prioribus procedendi modum obseruabimus, quod hic, & breuitati simul & claritati conuenientissimus est, & in vniuersum, inquirendę veritati quam maxime idoneus Sit itaque hæc prima propositio & in ordine præcedentium.

PPROPOSITIO vndecima. Sola ecliptica octauæ sphæræ vere est, & proprie dicitur ecliptica, ecliptice autẽ none & primi mobilis non sunt vere ecliptice, sed dicuntur tantum ecliptice per analogiam quandam.

PATET hæc propositio, Est enim eclipticæ ratio quod, sub ea coniungi necesse sit luminaria, aut sibi in diametro consti= tui, vt eclipsentur. Quę ratio, conuenit eclipticæ octauę sphæræ, in cu= ius superficie, solare centrum perpetuo reperitur, Minimæ autem eclipticę nonę aut primi, quoniam sub ea rarissime sunt luminaria cū eclipsantur, tantumque abest, quod nisi sub ea eclipsari non possint, vt bis tantum in anno, idque exiguo admodum momento, solare cē trum in superficie eiusdem existat. quod fit hac tempestate, quando sol viginti quinque gra. tropica puncta subsequitur, hoc est, cum in vi gesimo gra. Cācri aut Capricorni in tabulis numeratur. In illis etenī punctis, sese intersecant his temporibus, ecliptica octauę, & ecliptica nonæ seu primi mobilis, Cum caput mobile Arietis, punctum videli cet maxime remotiōis eclipticę octauę ab ecliptica primi, sit in eadē longitudine, cum. 20. gra. Arietis primi. quemadmodum in pręceden ti propositione ex Alphonsinis tabulis palam fecimus. sitque euidēs, caput mobile Arietis, per quadrantem circuli, a sectionibus commu nibus eclipticarum, cum se interfecant, necessario distare. Per analo= giam tamen quandam, vt diximus, eclipticæ nonæ sphæræ, & primi mobilis appellantur, Sunt enim a mathematicis, ea, quam secunda propositione deduximus, necessitate, excogitate. vt per eas, stellarū loca, in vera ecliptica, inueniri certius ac regularius possent atque ob id, medię eclipticæ dici, haud absurde poterunt. Quemadmodū me= dii motus stellarum, mediæ coniūctiones aut oppositiones earumdē, non sunt reuera stellarum motus, aut tales quę dicuntur habitudines, Immo, fictiones tantum. Media tamen sunt, ad veros motus earum= dem dinumerandos, ad veras quoque coniunctiones, diametrationes aut cęteras habitudines assequendas. Motus itaque dicuntur, sed me= dij. coiunctiones aut oppositiones medię. Sic eclipticæ nonæ aut pri mi mobilis, tametsi eclipticę ratio nequaquā coueniat, quia tamē, nō aliter nisi per eas, stellarum loca in vera ecliptica inueniri possunt, nō fuerit inconueniens medias eclipticas appellare.

PROPOSITIO duodecima. Tametsi stellarum motus in tabulis, non ad veram, sed ad primi mobilis eclipticam referātur, Latitudines tamen stellarum, neutiquam ad facticiam hanc eclipti= cam primi, sed ad veram octauæ sphærę necesse est referri.

QVOD stellarum loca in tabulis non referantur ad eclipticam

octauę sperę (quam solam veramque esse eclipticam, prior proposi-tio ostendit) ex secūda propositione manifestum est. Sed quod latitu dines stellarum in tabulis, necessario referri debeāt ad eclipticam ve ram octauę spheræ, ita constat. Quoniam latitudines stellarum sunt deuiationes earū ab itinere solari. quo fit, vt inter erraticas, solus Sol perpetuo careat latitudine. Sed prima docuit solam octauæ spheræ eclipticam, esse viam solaris circuitus, & ab eius superficie, solare cen trū nunquam recedere, sub ecliptica autem primi mobilis, bis tantū in anno, idque modico momento existere, totoque reliquo tempore latitudinem habere ab eadem, quę secundum Alphonsinas tabulas nouē graduum esse potest, vt, quum Sol est in capite mobili Arietis, existente in altero punctorum maxime latitudinis parui circuli. Et est hac tempestate duorum graduum, bis in anno quando videlicet Sol est, in altero capitum mobilium Arietis & Librę, quod accidit, cū in tabulis numeratur in vigesimo gra; Arietis aut Libræ. Manifesta igitur propositio.

QVemadmodum itaque, quum sol in tabulis in capite Arietis eclipticę primi esse dicitur, ita accipiendū est, quod est in pū cto eclipticę octauę, existēte in eadē lōgitudine cū capite arietis pri mi (quandoquidem, bis tantum in 7000 annis accidit solem esse in capite Arietis primi, cum scilicet sectiones eclipticarum & ęquato-ris coincidunt. & superficies earumdem coniunguntur, quod quarta propositio manifestum fecit.) Ita cum capita draconis lunę, aut reli quorum planetarum, esse dicuntur in hoc aut illo gradu Arietis aut alterius signi, sic accipi debet, quod sint in eo gradu solaris itineris aut eclipticę octauæ, qui est in eadem longitudine cum gradu eclipti ce primi in tabulis expresse.

PROPOSITIO decimatertia. Non potest in vera eclipti ca octauæ, aliud intium sumi, quam ab aliquo punctorum ęqui noctialium aut solsticialium.

MAnifesta est propositio ex auctoritate Pto. c. 10. secūdi Apote lesmaton. In circulo, inquit, nullus cogitare principiū simpli citer poterit, In zodiaco vero circulo, principium, nisi a punctis qui sunt in directo horarum æquinoctialium & solsticialiun intelligi minime potest.

CORROLARIVM. Quamuis igitur stellarum loca ex ta

 bulis co-

bulis cognoscantur in punctis eclipticæ illius facticiæ & primi mobilis, quę cum locis earum veris in vera ecliptica, sunt in eadem longitudine, Non tamen ob id sciuntur vera loca earumdem in vera ecliptica.

NON enim sciuntur loca vera stellarum in vera ecliptica, nisi in ordine ad aliquod dictorum quatuor punctorum. Sed ex tabulis cognoscũtur in ordine ad caput Arietis primi, quod nec esse solsticiale punctum, manifestum est, nec esse ęquinoctiale supra demonstrauimus, quin ab ęquinoctij vernalis puncto.22.gradibus abesse posse, & nunc distare ab eodem gradibus quinque, ex octaua & decima propositionibus, manifestum est.

PROPOSITIO decima quarta. Cognitis stellarũ locis in ecliptica primi ex tabulis, sciuntur facile loca earumdem in vera ecliptica octauę sphæræ, beneficio decimę propositionis

EX tabulis siquidem cognosces stellarum a capite Arietis primi distantiam, per decimam autem propositionem inuenies, quantum distet caput Arietis primi a puncto vernalis ęquinoctij. Itaque distantia earumdem ab eodem puncto vernali, statim sequetur cognita, quę querebatur.

PROPOSITIO decima quinta. Non possunt inueniri declinationes solis aut reliquarum stellarum, si loca eorumdẽ, ex tabulis tantum nota sint in ecliptica primi.

SIT, exempli causa, sol in capite Arietis, in tabulis. Si cum initio Arietis, inuestigẽ declinationẽ solis, ꝑ tabulas declinationũ apparebit decliationẽ solis nullã esse. Nã pricipio Arietis ĩ tabulis nulla decliatio respõdet. At potest accidere solẽ tũc habere declinationẽ maiorẽ octo gradibus, vt si duo capita Arietis, primi, videlicet, & caput mobile, ponantur simul secũdum lõgitudinem. Tunc enim Sol existẽs in pricipio Arietis primi. eo modo quo in eo esse potest, hoc est, in pũcto eclipticę octauę quod cũ capite Arietis primi est in eadẽ longitudine, erit in capite mobili Arietis, Sed caput mobile tunc haberet declinationem.8.graduum&.16.minutorum, quemadmodum in demonstratione octauæ propositionis probatum est. Errabit ergo astronomus in Solis declinatione octo gradibus &.16.minutis, multo plus tertia parte totius maximę declinationis. Qui error quantus

sit in

sit in hac re,& quam intollerabilis nemo ignorat nisi q̃ Astronomiã ignorat prorsus.His quoque temporibus errabit in duobus gra. quisquis Sole in principio Arietis primi existẽte,secundum tabulas pronunciauerit eius declinationem nullam.Nam puncti solaris itineris quod cum capite Arietis primi est in eodem circulo per polos eclipticæ incedente,distat a sectione solaris itineris & æquatoris gradibus quinque,veluti ex.10.propositione manifestum est,eius aut puncti est declinatio.2.graduum,per decimam tertiam dic.1.magne cõpo.Pto.&.17.primi Epitho.Io.de mon.reg.In reliquorum autem planetarum aut aliarum stellarum declinationibus,quorum est latitudo a solari itinere,error iste potest accidere multo maximus,videlicet.20.30.&.40.graduum.secundum quod maiores fuerint earum latitudines,veluti ex scientia sphericorum triangulorum est euidens. Et ex tabula generali declina.Io de mon.regio,cuique obuium facile esse potest.

COROLLARIVM Quantum ergo,& quam turpiter errẽt Astronomi qui per loca Solis & stellarum in tabulis cognita existimant se ex tabulis veras declinationes eorumdem inuenire, haud opus est verbis exaggerare.

PROPOSITIO decima sexta.Si Solis & stellarum loca in ecliptica primi tantum ex tabulis nota habeas,ascensiones eorũ rectas,aut obliquas inuenire non poteris.

HANC propositionem vt pręcedentem manifestam faciemus Sit enim Sol in capite Arietis primi,hoc est,sub eo pũcto mobilis eclipticę,quod cum capite Arietis primi est in eodẽ circulo per polos eclipticæ transeunte,Si cum capite Arietis,quęras ascensionẽ rectam Solis,dices esse.00.Capiti enim Arietis.00.recta ascen. respondet in tabulis.At potest accidere,quod sol in capite Arietis primi existens,distet.21.gra.9.minutis a sectione itineris solaris & ęquatoris,quod octaua propositione demonstratum est.Erit ergo ascẽsio recta Solis.19.gra.24.minu.circiter p.7.&.8.secũde dic.mag. compo.Pto.quando per locũ eiusdẽ in ecliptica primi notum,id est, caput Arietis,ipsam nullam pronũciares.His autem temporibus aliquando plus quinque gradibus in ascensione Solis recta errabis, aliquando minus,si ipsam secundum loca eclipticę primi in quibus reperitur in tabulis pronunciaueris.In obliquis veri Solis ascẽsionib9, error intercidere potest & intercidit multo maior eo qui iam dictus

est.In re-

est. In reliquarum quoque stellarũ (quarum est latitudo a solari itinere) ascensionibus seu rectis seu obliquis, errabis in infinitum nisi vera earum loca in ecliptica octauę accipias respectu punctorũ ęqualitatis aut solsticialium.

COROLLARIVM Vt itaque recte inuenias tam declinationes stellarum, quam ascensiones aut rectas, aut obliquas, ex tabulis ad eum vsum constitutis, non licet in illis accipere signa, vt accipiuntur in tabulis motuum stellarum in lõgitudinem, pro signis videlicet eclipticę primi, sed accipi debent pro signis eclipticæ vere octauæ spheræ, vt sit in illis sectio vernalis eclipticæ octauæ & æquatoris, caput, aut initium Arietis & totius circuli, quam quidem sectionem, nunc quinque gradibus præcedere caput Arietis primi (quod idem est caput Arietis in tabulis) decima propositio demonstrat.

PROPOSITIO decima septima. Astrorum indices, qui hactenus loca stellarum in tabulis solum quęsiuerunt, pręcipuã iudicatricis Astronomiæ partem, artem dico directionum, minime sunt assecuti.

SIQVIDEM, non potest absolui negociũ directionũ, nisi per declinationes & ascẽsiones descẽsiõesq; tã rectas quã obliquas significatorum & promissorum in circulo positionis in quo alter eorum existit. Est enim directio, arcus ęquatoris qui coascendit aut condescẽdit interuallo quod est inter significatorem & promissorem, in circulo positionis in quo alter eorum constituitur. Sed quemadmodum ex duabus pręcedentibus constat, non possunt sciri ascensiones, aut discensiones significatorum & promissorum, si loca eorumdem ex tabulis tãtum nota sint in ecliptica primi. Igitur vera propositio.

PRopositio decima octaua. Si locum solis in ecliptica solũ primi ex tabulis notũ habeas, nec quãtitatẽ dierũ & noctuũ, nec arc9 semidiurnus Solis & stellarum (quorum in re Astronomica est vsus frequentissimus & cognitio necessaria) ad hoc constitutas.

SVPPONITVR enim in his tabulis omnibus locus solis aut stellę cognitus in ecliptica octauæ spheræ, accipiturque in eis, caput Arietis pro sectione vernali eclipticæ octauæ & ęquatoris, non pro capite Arietis primi, & proportionabiliter sequentia signa omnia refe-

nia referuntur ad vernalem illam sectionem, ita vt tricesimus prim⁹ gra. eclipticę octauę post dictam sectionem, intelligatur in illis esse primus gradus Tauri. Et sic deinceps. In illis namque tabulis indicatur fieri ęquinoctium existente Sole in principio Arietis. Sed rarissime fieri ęquinoctium Sole existente in capite Arietis primi, in primis propositionibus demonstratum est, sed cum subit vernalem sectionem eclipticæ octauæ & ęquatoris. Ea igitur sectio in illis tabulis, caput Arietis intelligatur necesse est.

PRopositio decima nona. Iurisdictiones & potestates planetarum quas in cœlesti zodiaco accipiunt cœlestium rerū iudices, domicilia, triangularitates, exaltationes, termini, correspondentia item influxuum, cœlestium signorum ad diuersa membra humana. In vniuersum, quisquis describitur ab Astrologis cuique signo in hunc inferiorem mundum propius influxus, accipienda sunt omnia in signis & gradibus zodiaci octauæ sphęrę, qui solus vere zodiacus est. non autem in signis & gradibus zodiaci primi mobilis, qui imagiarius tantum est inanis & inefficax.

PRobatur hęc propositio auctoritate & ratione. Auctoritas est Pto.i. Apoteles.c,22. vbi post enarrata ægiptiorum dodecatemoria dodecatemoriorum, & monomeria, subdit. Verum hęc quę non naturalem sed inanis gloriæ ostentationem habent dimittemus Illud vero fidedignum existēs, quoniā conueniens est imitabimur. Quod & dedecatemoriorum (.i. signorum. nos enim duodecimam zodiaci aut eclipticæ partem signum appellam⁹) & terminorū principia, ab ęquinoctijs atque tropicis punctis rationabile est facere, cū authores hoc ipsum maxime demonstrant. Quia naturas, & potestates, & habit⁹ ipsorū, ex prædemōstratis videm⁹ a tropicis & ęquinoctijs pricipijs & nō ab alio quodā causam habere. Si enim alia pręter hæc initia reperirentur, aut nihil vtilis erit eorum noticia in huius scientię profectione, aut si prodesse & concedat quis & obseruet, decipiatur oportet, eo quod zodiaci partes per quas hee vires eueniūt nō obseruauerit. Hactenus Pto. Quem locū quoniam paulo obscurior est, vt intelligas. Improbat Ptolomeus dodecatemoria & monomeria ægiptiaca, quoniam si essent iurisdictiones aliquæ & potestates planetarum, ab ęquinoctijs & tropicis punctis necessario initium haberent, quemadmodum omnes planetarum iurisdictiones, similitudines, & potestates seu essentiales fuerit seu ascititie quas in dodecatemorijs aut signis obtinent, ab his punctis initia habent, Neque alia

quam ea

quam ea quatuor initia esse possunt. Cũ itaque AEgyptiaca dodeca temoria, ac monomeria nullum habeant ex illis initium, vana & nõ naturalia ea vocat. Ex hac Ptolomei auctoritate constat luce clarius, omnes stellarum iurisdictiones & potestates, in signis zodiaci octauę sphęrę necessario accipi debere, quoniã in sola ecliptica zodiaci octauæ sphęrę (quẽadmodum ante demonstratum est) sunt prædicta quatuor pũcta, duo ęquinoctialia & duo tropica, a quibus solis, oẽs stellarũ iurisdictiões, oẽs potestates ĩ diuersis zodiaci signis necessario initia accipiunt. Idem confirmatur auctẽ eiusdẽ Pto. c. 10. secundi apotelesm. in circulo, inquit, nullus cogitare principium simpliciter poterit, in zodiaco vero circulo nisi a punctis quę sunt in directo horarũ ęquinoctialiũ & solsticialiũ intelligi minie potest, quę sunt quatuor, duo scilicet ęquinoctialia, duoque solsticialia. Hec ille. Manifestum est hic loqui Pto. de vero illo cœlesti signifero, & vitali circulo, sub quo dum sol & planete discurrunt, cause sunt generationis corruptionisque in hoc sublunari mundo. At certum est ex his quæ ante demonstrata sunt, caput Arietis primi (quod initium est eclipticę & zodiaci primi mobilis,) non esse, aut ęquinoctiale, aut solsticiale punctum. Non est igitur zodiacus ille primi. vere zodiacus aut vitalis circulus de quo Ptolomeus loquitur, quin potius Astronomorum fictioni acceptum refert quicquid est & quicquid habet.

PRobatur idem phisica ratione. Non possunt rationabiliter planetarum iurisdictiones in cœlestibus signis, congruẽtię, & potestates, nisi ad illum zodiacum referri, sub quo decurrunt planetę. Nõ enim alio hæc pertinent omnia, quam conformitatem quãdam esse virium agendi planetarum ad certas zodiaci partes, & ad alias difformitatem, & veluti contrarietatem, sub quibus cum existunt, adiuuantur aut impediuntur in actionibus suis, vt pote, influxu illius partis zodiaci sub qua decurrunt cum influxu stellę commixto, si itaque conuenientia naturarum consentiunt. efficatia stellę fortior redde tur, diciturque nimirum in domicilio suo, in exaltatione, finibus, aut triangularitate cõsistere. Quãdo cõtra, dicitur esse in casu suo, dedecore, deiectione &c. Sed planetæ frequentissime sunt extra zodiacum primi mobilis. Immo Sol ipse (qui perpetuo per mediã veri zodiaci eclipticam decurrit) extra totam latitudinem imaginarii illius & primi mobilis zodiaci diu multumque exspatiari potest. Vt si capita mobilia Arietis & Libræ sint in punctis maximarum latitudinũ paruorũ circulorum, Sol bis in anno, qualibet vice duobus mensibus

morabitur

morabitur extra totam latitudinem zodiaci illius primi mobilis, quemadmodum est euidens ex latitudine quam tunc habet ecliptica octauæ ab ecliptica primi. Singulisque sequentibus annis accidet idem, quousque latitudo capitis mobilis effecta fuerit minor sex gradibus. Luna autem & reliqui planete quorum potest esse latitudo a solari itinere, latissime, diutissimeque & frequenter manent extra totam latitudinem illius zodiaci primi. Manifestũ est igitur solum zodiacum octauæ spheræ eum zodiacum esse in quo stellarum iurisdictiones accipiuntur.

PRAETEREA, Non solum zodiacũ illum primi ad quẽ stellarum motus in tabulis referũtur, inanem dico, inefficacem & facticium, quin & totum hoc cœlum quod primum & decimum mobile constituunt, in quo dictus zodiacus fingitur, non esse in rerum natura contendo, sed imaginatione solum nostra & esse & moueri. Cum enim a ratione abhorreat naturam in prĩcipalioribus suis ꝑtibus, hoc est, cœlestibus illis & sempiternis ignibus, aut frustra, aut irrationabiliter fecisse aliquid, Non est conueniens, a nobis pluralitatem in illis temere contingi præter eam quam videmus, quando nulla id ratio cogit, aut necessitas expostulat. Sed præter septem planetarum orbes & firmamentum tanta stellarum varietate refulgẽs, nullũ superius cœlũ contueri possumus quoniam supra octauum cœlum aut firmamentum, si quod superius est, nullis stellarum ignibus est conspicuum, Sed nec aliqua ratio conuincit decimum mobile constituere supra firmamentum. Nam quamuis ab Alphonso & recentioribus Astronomis tres in octaua sphera motus diuersi putẽtur, vt puta, motus diurnus, motus quem augium appellant & stellarum fixarum, & motus accessus & recessus, ex quibus, huius vltimi proprium mobile esse volunt firmamentum, secundum illum nonæ spheræ assignantes, vt motus vnusquisque proprium mobile habeat, supra tamen nonam spheram decimam mobile effingere, cui proprius sit motus diurnus rationi repugnat, Siquidem motus ille diurnus nullius particularis mobilis est proprius, sed motus vniuersalis & mundi totius, suumque proprium mobile habet mundum totum, aut cœlum vniuersum & oẽs eque spheras ambit, nisi quãto forte hęc quam illa nobilior est, Ea propter & motus hic ab omnibus motus mundi rectissime est appellatus

pellatus. Immo omnino indecens esset nec e dignitate nobilissimorum illorum corporum quæ tanto & tam inexplicabili consensu natura copulauit, si hic motus vniuersi, vni tantum quamuis supremæ spheræ proprius esset & peculiaris, quæ omnes spheras inferiores in contrarium proprij sui motus secum quodammodo violenter raptaret. Quin potius, hunc motum totius mundi esse, quo cœlum totum veluti animal vnum moueatur, cuiusque diuersis partibus, nempe orbibus singulis, sui & proprij conueniant motus, & magis consonat nobilitati cœlestium corporũ, & harmonię vniuersi, quam tam mira concordia in sublimibus illis & cœlestibus seruat, multo magis congruit. Non erit itaque necessarium fingere contra quam videmus, aliud cœlũ oĩm maximum cui hunc motũ totius velut proprium attribuamus, quod maxime commune est, vni, contra rerum naturã, contra rationem addicentes. Adde. Quod si cœlum hoc decimum veluti primum mobile effingamus, necessario fatebimur primum longe omnium nobilissimum esse, cuius iste motus totius pecularis sit & proprius, quod ratio credere non sinit, cum videamus firmamentum quoties per noctem ignes suos effundit tam innumerabilium stellarum claritate decoratum esse, quod autem nobilissimum esset omnium, natura nulla stellarum varietate exornasset. Non solum itaque nulla ratio nos cogit quod non videmus ponere, decimum mobile, cui motus iste mundi totius peculiaris esset & proprius, vt vulgus astronomorum somniat, putantium in cœlo sic omnia se habere quæcunque ingenio se excogitata sunt ab Astronomis ad cœlestium motuum varietates inueniendas, tot esse istic ecentricos, tot epiciculos, tot con uoluentes, tot reuoluentes. Quinimmo, omnis ratio ne decimum hoc mobile esse credamus, contradicit. Vt enim demus in octaua sphera tres motus inueniri, quorum pro vnus sit illi proprius, secundus nonæ sphere, vt tertius etiam qui mundi totius est, pro prium mobile habeat, nullum aliud quam cœlum totum ei quę rendum est. Quod itaque decimum mobile appellant, figmentum solum est Astronomorum, vt sedem habeat ecliptica illa primi mobilis, ad quam stellarum motus in tabulis id cogente necessitate, referuntur, frustra ergo & diu expectabunt Astrologi qui totius cœli efficatiam in hoc decimo cœlo eiusque signis & partibus inuestigant. Qui enim hoc cœlum fabricauerunt, nempe Alphonsus & mathematici, nec stellas eidem nec efficiendi vires indere potuerunt.

SED NEC EGO COELVM VLLVM supra firmamentum aut orbem octauum esse crediderim (de beatorum sede hic nullus sermo est) quoniam nemo quantumuis linceus supra firmamentum aliquid videre potuit, nec aliqua adhuc ratio est inuenta, quæ mihi id persuadere possit. Quamquam enim Alphonsus & posteriores, in orbe octauo duos motus numerent præter motum mundi, quorum alterum nonæ spheræ ascribunt, vt vnicuique motui proprium mobile assignent (vt hoc interim prętercam quod motus ille octaui orbis nondum satis cognitus & exploratus habeatur.) Nō sum tam supersticiosus Astronom⁹ vt omnia ita se in cœlo habere putem quęcunque ingeniose excogitauerunt Astronomi ad apparentias cœlestium motuum saluandas, alioqui vni Mercurio vix septem octove orbes suffecerint, quot omnibus fere stellis satis erunt, Quicunque nihil interesse putauerit inter cœlestium illorum corporum motuumque habitudines, & ea quę in chartis depingimus in quibus apparētias illas motuum vtcumque & intelligimus & explicamus, longe lateque aberrabit. Non enim credidit hoc Ptolomeus aut nobis voluit persuadere, quos ille excogitauit reuoluētes orbes & ecentricos, planetis singulis, eos ita in cœlo se habere. Qui frequenter eiusdem cœlestis corporis motum, tribus modis diuersissimis saluari posse, & eundem omnino demonstrauit, vt per concentricum cum orbe reuoluente, quem epyculum vocāt, per ecentricum solum, & per ecentricum vna cum orbe reuoluente. nec perquesiuit quo istorum morborum cœlestia illa corpora se haberent, Sed satis erat illi excogitasse per quem modum cœlestium motuū apparētie saluari possent. Alioqui & si oīno credere libeat cūcta ita esse disposita ī cœlesti illa millitia, qualia ab Astronomis nostris comēta sunt & excogitata, sintque vere duo illi mot⁹ diuersi in octaua sphera, videlicet motus accessus & motus augiū & stellarum fixarum, quorum vnicuiq; proprium mobile assignari oportrat, nō tamen effingam nonam spheram, cui tribuam motum augium, sed potius dicam octauam spheram integrari ex duobus orbibus partialibus, quorum alter sit is quem videmus, stellatus, cui peculiaris sit motus accessus, alter vero, veluti deferens hunc stellarum, a nobis nō visus, vt pote non stellatus, sed cuius motus in illo stellato percipitur, quem augium & stellarum fixarum appellant. Quemadmodum idem imaginantur in spheris & orbibus planetarum, siquidem spheram Solis totam, ex tribus orbibus, componi existimant, quorum supremus & infimus deferant orbem illum medium

cui solare corpus infixum est, ad quorum motũ aux Solis euarietur. Similia in aliis omnibus speculantur. Multo ergo erit congruentius & rationi magis consentaneum si præter stellarum illum orbem alium ponere oporteat cui tribuamus motum quem diximus, augiũ & stellarum, illum esse partem octauæ spheræ. quandoquidẽ si quis talis orbis est, est propter ipsum firmamentum & stellarum motum. Esse itaque supra firmamentum seu octauam spherã aut decimũ, aut nonum cœlum, nec sensus percipit, nec ratio docet. Totum ergo hoc quod decimum mobile, quod nonam spheram appellant, mathematicorum non nature ipsius opera sunt & figmenta, quę nihil plus efficatię aut agendi virium habere manifestum est, quã a suis illis architectis & conditoribus eis tribui potuerat.

PRopositio vigesima. Quamuis signa vera cœlestis signiferi in zodiaco & ecliptica mobili octauæ speræ accipienda monstrauerimus, haud tamen initium signi Arietis in sphera octauę, putãdũ est id quod caput Arietis mobile appellatur, punctum eclipticæ octauę describens motu accessus circa caput Arietis nonę paruum illum circulum, sed intersectio vernalis eclipticæ octauæ & ęquatoris.

HAc propositione te admonere voluimus lector, ne tibi imponat ęquiuocatio vocabuli, que plurimos decepit. Ostendimus ante, in nona et decima sphera, non solum nullam esse reuera eclipticam, nullum zodiacum, quin & nonam & decimam spheras Astrologorum imaginatione solum & esse & moueri, vt haberent quo motus ordinate referri possent, Eapropter & quæcunque ab Astrologis de diuersis signorum & partium zodiaci influxibus & agendi viribus tradũtur, ea omnia referenda esse ad signa & partes zodiaci octauæ spheræ, Caput itaque & initium signi Arietis in octaua sphera, esse intersectionem vernalem eclipticæ octauæ & ęquatoris, seu pũctum vernalis ęquinoctij, ex. 13. propositione & duabus Pto. auctoritatibus in præcedentis propositionis probationem adductis indubitatum est. Est tamen in ecliptica octauæ aliud punctum, quod mobile caput Arietis appellant, a quo per motum accessus describitur paruus ille circulus circa caput Arietis nonæ. Distatque his temporibus a vero illo capite Arietis octauæ spheræ, seu puncto vernalis ęquinoctij. 25. gra. fere. Est enim in longitudine cum vigesimo gra. Arietis primi. Distinctionis ergo gratia apellare possumus hanc vernalem sectio-

nalem sectionem eclipticæ octauæ & æquatoris, caput Arietis verum. Ita enim distinguetur & contra caput Arietis mobile,& contra caput Arietis primi. Præter enim hoc vernale punctum, tria ista capita Arietis appellantur.

PROPOSITIO VIGESIMA PRIMA. NON solum turpiter,sed et periculose fallitur Astrologorum vulgus in signandis tēporibus & diebus,electis pro phlebotomia,pro pharmatijs sumendis,& generaliter pro singulis medicinę operibus fœliciter administrandis in quibus certum aliquem lunæ & stellarum statum eligere aut vitare est operepręcium.

EXENPLIS propositionem ex præcedētibus alioqui manifestissimam,declarabimus. Luna in Cancro existente prodest minuere sanguinem,præcipue colericis,sed cum in Leone fuerit, id periculosum putatur. Cum itaque Lunam in tabulis inueniunt in 25.gra. Cancri,diem electum pro phlebotomia signant. Sed ex,10, 14.&.19,propositionibus constat Lunam tunc esse in principio Leonis in vero signifero octauæ sphæræ. Est ergo dies quem illi electum signauerunt,summe noxius huic rei & vitandus. Iterum Tangere membrum ferro Luna in signo illius membri existente, verendum putat Ptolomeus,& quotidiana medicorum experientia Ptolomeam sententiam comprobauit, Cum autem Lunam in.25.gra. Tauri in tabulis inueniunt,non inconuenientem diem sed mediocriter bonum phlebotomię signant. At tunc esse Lunam in principio Geminorum in cœlesti signifero ex decia,quarta decima,& decima nona propositionibus manifestum est. Eapropter,duab⁹ de causis dies ille brachiorum phlebotomię disconuenit. Primum,quia tunc Luna est in signo illorum membrorum. Deinde,quoniam hoc signum sanguinis missioni male alioqui congruit. Rursus. Purgatorium accipere Luna in Cancro,Scorpio,aut piscibus existente Pto. bonum existimat, & medicorum experientia comprobat, Sed frequenter accipit Lunam esse in Leone cum ab illis putatur esse in Cancro, quod idem in alijs signis illis euenit. Luna autem in Leone existente præcipue nociuum putatur pharmacis vti, Diem ergo summopere vitandum & in ea re periculosum infirmis, pro electo & conuenientissimo frequenter signant. Hoc pacto faciunt in infinitis alijs.

PROPOSITIO vigesima secunda. In iuditijs annorum mundi nihil secūdum astrologicas regulas prædici potest si nō aliter stellarum loca quam ex Alphonsinis & alijs astronomicis tabulis in ecliptica primi cognoscantur.

MAnifestum est hoc, primo in eclipsibus luminarum, quę futurorum vniuersalium generaliter in terris & regionibus accidētiū (queādmodū Pto. īquit) primę & forsiores sunt occasiones. Effectꝰ enī ecliptici, quęq̄ ab aliqua eclipsi decernūr, accipiēda sūt pręcipue, secundum astrologicas regulas, ex signorum idiotropijs & formis in quibus loca defectuum inueniuntur, & prædomināte in themate, hoc est, in loco eclipsis, & cardine signficationis, vt docet Ptol. apoteles. secundo. Sed si ignoretur quo in loco zodiaci veri octauæ spheræ eclipsis accidat, quamuis locus ille ex tabulis in ecliptica primi cognitus habeatur, sciri non potest quis planeta in ecliptica & cardinalibus locis plures iurisdictiones & dignitates obtineat, nec item quę forme & idiotropie sunt signorum in quibus loca defectuum inueniuntur. Cum hæc omnia, iurisdictiones inquam, & potestates planetarum in diuersis zodiaci signis & partibus, varios item partiū zodiaci influxus & proprietates, in zodiaco octauæ spheræ quęrēda esse, docuit vndevigesima propositio. Exēplo res erit manifestior. Si eclipsetur Sol his temporibus in principio vigesimi sexti gra. Pisciū eclipticę primi, in cardine orientali, erit. 28. gra, Sagittarij primi mobilis in nostro hoc orizonte, in medij cœli cardine, qui tunc erit cardo significationis. Pronunciabit itaque astrologus cui ex tabulis tantum notus est locus eclipticus in ecliptica primi, ad Iouem pertinere præcipuam œcodespotiam & totam fere significationem eclipsis, quod in illius domicilijs, tam locus eclipticus, quam cardo significationis esse putatur. Sed quemadmodum ex præcedentibus constat, Sol est in capite veri Arietis cœlestis, cum in tabulis in principio vigesimi sexti Piscium numeratur. Mars ergo nō Iupiter in loco eclipsis præcipuas dignitates obtinet. Amplius autem, cum vigesimo octauo gra. Sagittarij primi mobilis, tertius Capricorni cœlestis in octaua sphera est in medij cœli cardine. In quo Iupiter non modo nullam dignitatem obtinet, quin deijcitur in eodem, Mars autem in eo tam triāgularitatem habet quam exaltationem. Itaque cuius eclipsis, præcipua significatio ad Iouem pertinere putabatur, in ea, nullā omnino Iupiter partē habebit, sed tota Martis erit, Quęque pluuias nimias & aquarum inundationes portendere credebatur, quia in Piscibus signo aqueo in tabulis inuēta est, ea tam ex loco ecliptico, qui

in signo

in signo igneo existit,quam ex Marte oecodespote siccitates magnas producet.

MVlto minus in particularibus iuditijs de rebus annorum singulorum,quicquam secundum Astrologicas regulas prædici potest, nisi luminariū, stellarumque loca in ecliptica & zodiaco octauæ sphæræ nota fuerint, quantumcunque ex tabulis in ecliptica primi sciantur,hee etenim res prænoscuntur ex cōiunctionibus aut preuentionibus luminarium quę proxime pręcedūt introitum Solis in equinoctialia & tropica puncta.Sit itaque hoc anno luminum oppositio nona die aut decima Martij,putabis oppositionem illam obseruandam esse secundum Astrologica dogmata ad ea prænoscenda quæ generaliter in quarta vernali huius anni euentura sunt, quoniā ea est oppositio proxīe pręcedēs introitū Solis in caput Arietis primi quod pro puncto vernalis equinoctij obseruant. Cōstat autem ex decima propositione & eius corollario secundo,nunc esse vernale equinoctium inter quintū & sextūdiē Martij regulariter,eapropter,non illa opositio sed præcedens coniunctio obseruanda erat secundum astrologicas regulas pro rebus vernalis quarte diiudicandis. Idem in reliquis omnibus frequēter euenit,Erit igitur iudicium tuum quale prædicentis fata Petri ex genesi Ioannis aut cuiusuis alterius.

SEd nec fœlicius res procedet si tentes prænoscere aereas mutationes per dies singulos, ex coniūctionibus, diametrationibus, quadraturis,cęterisque luminarum configurationibus. Siquidem hæc tantum prænoscuntur ex formis,naturis,& idiotropijs signorum in quibus consistunt luminaria coniuncta,opposita,aut aliter se habētia, & oecodespotibus eorumdem,quorum nullum scire potest nisi loca stellarum in ecliptica & zodiaco octauæ sphæræ nota tibi fuerint,ex.19.huius.

PRopositio vltima.Neque in hominū geniturīs quicquam prænosci potest,& in vniuersum,tota Astrologia manca est, immo planissime inutilis,si stellarum loca ex tabulis tātum in ecliptica primi,& non in vero cœlesti signifero & ecliptica octauę sphæræ explicata habueris,

OMnia etenim quę Astrologice præsciri possunt,ex themate geniture alicuius,aut cuiuscunque alterius rei principium habētis,ex fomis,naturis,idiotropijs horoscopi,& phosphoriorū signorū,

& cętodespotis eorumdem accipiuntur. Sed nihil horum scire poteris, nisi luminarium & stellarum loca, & horoscopum, in cœlesti signifero (qui per, 19. huius octauæ sphæræ est) cognoscas Nihil igitur mirum est Astrologos his erroribus implicatos sepissime decipi in prædictionibus suis, sepe mentiri, sepe falsum prędicere &c. Sed de his iam satis esto, sufficere enim hæc putauimus ad excitãdos Astrologię studiosos ad diligentiorem veritatis inquisitionem. Eo solum spectauere labores nostri, vt prodessemus tibi candide lector quicunque cœlestium rerum studio detineris, vt ansam daremus omnibus veritatis diligentius inuestigandę, immo vt quoquo modo prouocaremus vniuersos, vt omnia quanuis diu recepta, excutiant diligenter antequam illis vt indubitatis accedant, Quod si assequimur profecto voti compotes sumus, Labores itaque nostros boni consule. Et vale.

FINIS.

ALBERTVS PIGHIVS CAMPENSIS, DE RATIONE PASCHALIS CELEBRATIONIS, DEQVE RESTITVTIONE ECCLESIASTICI KALENDARII AD BEATISSIMVM PATREM LEONEM DECIMVM PONTIFICEM MAXIMVM.

BEATISSIMO PATRI LEONI DECIMO PONTIFICI MAXIMO ALBERTVS PIGHIVS CAMPENSIS GERMANVS.S.D.

ET SI VEREOR NEC AB RE Beatiſſime Pater,ne mei ipſius videar oblitus,& non ita mecum habitare iuxta Satirici præceptum, vt norim quam ſit mihi curta ſuppellex,qui lucubratiunculas noſtras celſitudini tue auſim nũcupare,veluti pigmeorum acrothimia coloſſo accommodãs,quod in prouerbio dicitur.Si tamen huius mee temeritatis ratio reddenda eſt mihi,ipſe tu,pręcipua extitiſti,qui nuper cum ageres in Lateranenſi ſynodo de Kalendarij eccleſiaſtici reſtitutione,ad inſigniores chriſtiani orbis academias datis literis, commonuiſti vniuerſos mathematicarum artium ſtudioſiores,vt ſuam in ea re operam eccleſię impartirentur,&.T.S.ſacroque conſilio pro ſe quiſque ſignificaret ſi quid fortaſſe inueniſſent quod ad hoc negocium exiſtimarent conducere,quod tuum paternum pręceptum cum ad nos quoque pertinere arbitrabamur,dedimus operam quam potuimus diligentiſſimam,vt in nobis obediẽdi ſtudium poſſes cognoſcere.Si eſt itaq; temeritas in filio,patris optimi ſanctiſſimis iuſſis obtemperare pro virib9,ſi his paruiſſe,q̃b9 ſine culpa nõ parere nõ poſſum9,temeritatis notam haud illibenter agnoſcemus.Quę tamen excuſatio nõ eo pertinet quod vereremur operam noſtram tibi ingratam fore,qui enim hoc timere potimus?quaſi non eſſes memor cuius geras vicariũ, qui tria era minuta paupercule vidue,non ſolum non faſtidiuit, quin & maximis diuitum ac potentiorum numeribus prætulit,vt prætereã quod ſingularem quandam naturę tuę bonitatem & humanitatem incredibilem,publica totius orbis voce cognouimus,qua tuam ipſam magnitudinem longe ſuperaſti.Sed tantum,vt maleuolis nonnihil reſponderem,qui ſolent omnia quę ipſi præſtare nõ poſſunt, caninis dentibus arrodere. Quamquam nec mea vnquam ſponte , eouſque proceſſiſſem audacię, ſi tamẽ audacia eſt obedire Chriſti vicario

Ita nostram verecundiam tue maiestatis veluti gloria ac fulgor qui dam, cum aspicerem, obruebat, nisi ita me coegesset vir Clarissimus Franciscus Molinius Christianissimi Francorum regis Francisci quondam pedagogus, nunc autem illi a secretis & consilio, ac Regijs elemosinis prepositus. Is enim, (vt est doctorum & studiosorum om nium Mecœnas incōparabilis & ipse doctissimus) cum ad eum per= scripsissem libellum de ęquinoctiorū solsticiorumque inuentione, cōtra vulgatā iam ac receptam Astronomorū sententiā, explicuis= sem insuper quę mihi videbantur de ratione Kalendarij ecclesiasti= ci restituendi, ad. T. id. S. scribere me voluit, quę sola huic errori re= medium potest adhibere, Illi itaque debebitur, cui ego debeo om= nia, si quam forte vtilitatem allatura sit ecclesię hæc ratio Kalen darij restituendi a nobis indicata, Mihi autem meęque imputa= bis imbecillitati, si quę non digna Leoni offenderis, aut quod magis Leoninam decet magnitudinem, & paternam tuam pieta tem, boni consules, dum conamur pro viribus paternis iussis ob= temperare. Non fuimus nescij plurimos ante nos, eosque doctis simos viros ingentibus voluminibus ęditis hac de re scripsisse. Nec tamen post omnes illos superuacaneum putauimus laborem nostrum, quin tanto magis necessarium, quod ab omnibus illis, quos tamen videre contigit, bis per omnia dissentiremus, In his præcipue ex quibus pendet Kalendarij restitutio. Nam in verno ęquinoctio longe lateque aberrare illos euidenter demonstrauimus ex Alphonsina & recentiorum omnium Astronomia, in eo (cuius iam meminimus) libello de ęquinoctiorum solsticiorumque inuen tione ad Clarissimum Virum Franciscum Molinium a nobis per= scripto, quem, eam ob causam huic prępmittendum censuimus, ne demonstrationum repetitione. S. T. aut legentes tedeo enecaremus Præsertim, cum hic nonnulla a nobis assumenda erant, quę sunt in illo clarissime demonstrata. Ad quem, cum res postulabat, lectorem remisimus. Cycli etiam lunaris restituendi conseruandique (vbi om nes hęserunt in vado, quin & arma & spem proiecerunt vniuersam ad Astronomicas tabulas ecclesiam relegantes quum nihil minus ne cesse fuerat) rationem facillimam (quantum præsens requirebat ne= gocium) indicauimus. In quibus duobus, summam totius restitutio= nis consistere re ipsa manifestum est. Sperant etiam & hoc nomine tibi gratiores fore lucubrationes nostræ, quod vniuersa quę ad ra= tionem Paschalis celebrationis, & ad Kalendarij restitutionem pertinent, & breuiter, & clarissime simul complectuntur.

Tua igitur

Tua igitur Sanctitas sui memor officij, quod nuper diligentissime ceperat, pergat christianam religionem a pudenda illa contumelia liberare, qua, ob errorem tam insignem in pręcipua religionis nostrę celebritate, veluti, qui in propatulo est, afficitur ab inimicis crucis christi, præcipue autem, ab Hebraica duritię, quę nobis non cessat insolentissime insultare. Qui error, vt pote ecclesiæ vniuersæ, tanto maiori cura quam singulorum errata, corrigendus est, quanto magis ille in confusionem cedit religionis nostræ. Religionis enim error, non hominum esse putatur, qui in vniuersalis ecclesię ritu & obseruatione tam est obuius omnibus. Age itaque Leo Pontifex Maxime, quod hactenus diu multumque desiderauit ecclesia, quod a multis. T.S. præcessoribus est temptatum, a te, præsentes posterique accepisse gaudeant. Erit hoc tibi monumentum honestissimum, quo nomen tuum, omni venture ætati honoratissimum nominatissimumque reddas. Vix vlla spes est, nisi a te medicorum orto familia, malo huic mederi posse, quibus, sed tibi præsertim rerum gubernaculis diuina prouidentia adhibito, debemus maxima ex parte, florētia iam toto orbe optima studia Quod. T.S. fauere bonis disciplinis omnes manifesto cognouerunt senserunt plurimi. tam repente secundum principem populi subditorū studia commutata sunt. Non deerunt, per quos, se modo coneris, hāc rem fœlicissime absoluas. Quantulumcumque est ingenioli nostri, tibi, ecclesiæque libentissime desudabit. Sanctitatem tuam nobis & ecclesie sue seruet incolumen Christus. Optimus Maximus, semperque fœlicibus prouehat incrementis. Parrisij. M.D.XX.

ALBERTVS PIG hius Campenſis. De ratione paſchalis celebrationis: De que reſtitutione eccleſiaſtici Calendarij. Ad beatiſſi- mum patrem Leonem decimum. Pon. Max.

VT QVAM BREVISSIME SI- mul & quam clariſſime perſtringamus vniuer- ſa quę ad rationem attinent paſchalis celebritatis & quo pacto Calendarium eccleſiaſticum reſti- tui poſſit commodiſſime facilimeque, mathema ticorum morem obſeruabimus. propoſitionibus a liquot collocatis ordine rem totã a vertice, quod aiunt, ad extremum vſque vnguẽ explicaturi. Ab ipſo igitur capite, & prima ſanctiſſime huius ſolemnitatis inſtitutio ne exordiatur propoſitio prima neceſſe eſt,

PROPOSITIO prima, In veteri lege ſub maledictione pręceptum erat iudeis a domino, & iterum iterumque repetitum, vt menſe primo, quartadecima menſis primi immolarent phare domino dęo ſuo.

ITa enim Exodi. 12. locutus eſt dominus ad Moyſem & Aaron in terra AEegipti. Menſis iſte vobis prĩcipium menſiũ primus erit in menſibus anni, Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorum iſrael & dicite eis. Decima menſis huius tollat vnuſquiſque agnũ per familias & domos ſuas & ſeruabitis eum vſque ad quartam decimam diem huius menſis Immolabitque eum vniuerſa turba filiorum Iſrael ad veſperam &c, Eſt enim phaſe, id eſt trãſitus domini, & poſt pauca, habebitis autem hunc diem in monumentum & celebratis eã ſolẽnem in generationibus veſtris cultu ſempiterno. Et leuitici. 23. locutus eſt dominus ad Moyſem dicens (inter cetera) Hee ſunt ergo ferie domini ſancte quas celebrare debetis temporibus ſuis, Menſe primo qnartadecima menſiſprimi ad veſperam phaſe domini eſt, & deciuaquinta menſis huius ſolemnitas azimorũ domini eſt, & reliqua. Numeri etiam. 9. ca. Locutus eſt dominus ad Moyſem in deſer tis Sinay anno ſecundo poſtquam egreſſi ſunt de terra AEgipti, mẽ ſe primo dicens, Faciant filij iſrael phaſe in tempore ſuo. quartadeci ma menſis huius ad veſperam iuxta omnes cerimonias & iuſtificatione seius

tiones eius &c. Subditur. Si quis autem mundus est & in itinere non fuerit & tamen non fecerit phase exterminabitur anima illa de popu lo suo, quia sacrifium non obtulit tempore suo, peccatum suum ipse portabit. Et.28. eiusdem; Dixit quoque dominus ad Moysen, inter alia, Mense autem primo quarta decima mensis primi phase do. mini erit, & quintadecima die solennitas &c. Vides ergo quantum dominus præceptum hoc celebrandi paschalis quartadecima primi mensis iudeis inculcauerit, qui toties idem sub interminatione repetint.

PROPOSITIO secunda. Mensis primus in dominico illo præcepto est mensis lunaris cuius initium aut neomenia vici- nius accidet ad vernum ęquinoctium.

HOc Moyses innuit. Deu.16. Obserua, inquit, mensem nouarũ frugum & verni primum temporis vt facias phase domino deo tuo, quoniam in isto mse eduxitẽ te dominus deus tuus de AEgi pto nocte &c. Manifestum est autem verni primum temporis ver= nale ęquin octium esse. Idem clarius exprimit Iosephus antiquita. li.3.c.12. Mẽse inquit zantico, qui apud nos Nisan appellatur, id est anni principium quartadecima, Luna Soli in Ariete opposita, quo mẽse liberati sumus a seruitute AEgiptiorum, sacrificiũ quod tunc egrediẽtes ex AEgipto fecerũt, immolare nos annis singulis, quod pascha dicitur, celebrareque sacniuit, Et vtique celebramus istud ꝑ tribus nostras, nihil immolatorum in crastinum reseruantes, quinta decima succedit festiuitas Azimorũ quę septẽ diebus celebratur &c. Hactenus Iosephus. Idem atttestantur Philo iudeus, & antiquiores Agatobolus, Aristobolus ex Paneade, ex septuagita interpretibus vnus, qui omnes affirmant iudaicum pascha secundum legem nun- quam ante vernale ęquinoctium celebrandum esse, quin potius post Nunquam ergo quartadecima primi mensis ante vernnm ęquino- ctiũ esse debuit, sed aut in vernali ęquinoctio aut statim post ipsum, quapropter initium mensis primi est neomenia vicinior vernali ęquinoctij.

SEd vt de ratione annorum Hebraicorum & initio mensis primi rem plenius intelligas, haud fuerit inconueniens nonnulla de an norum apud nationes diuersas varietate subiungere.

ANnorum apud celebriores nationum, Romanos, AEgiptios Perſas, Arabes, Græcos, Hebreos, diuerſa ratio, quantitas, particio, menſes item diuerſi ac initia diuerſa fuere. Omnibus tamen his, aut lunares anni, aut ſolares, aut ex ſolaribus & lunaribus mixti, in vſu extiterunt. Arabes lunares annos tantum obſeruabant, duodecim lunationibus annum vnum perficientes, dierum. 354. regulariter, intercalentes plęrumque tertio, aliquoties ſecundo anno diem vnum anno communi, pro horis & minutijs in quibus lunationes duodecim excedunt dies. 354. Eſt illis ſemper & anni & menſis cuiuſlibet initium a neomenia aut luminarium media coniunctione. Quoniam itaque lunationes due perficiuntur diebus quinquaginta nouem ita menſes ſuos partiuntur, vt vnus. 30. dies habeat, alter. 29. alternatim. Nomina menſium & ordinem qui apud eos eſt, hic ſubiunximus, ſi quibus forte eſt cure iſta cognoſcere,

Almuharaz	Saphar.	Rabe. 1.	Rabe. 2.	Gemedi. 1.	Gemedi. 2.
Rage.	Sahaben,	Ramadã.	Sanel	Dulchida	Dulcheya

ARabibus itaque initium anni & menſis primi, videlicet Almuharaz, cum nullo certo aut ſtato anni tempore perpetuo conuenit, ſed & in ver incidere poteſt, & in ęſtatem, in autumnum quoque & in hyemem. Si etenim hoc anno initium menſis Almuharaz cum initio Martij anni Romani conueniret, tertio ab hinc anno, eiuſdem menſis initium incideret in principium Februarij, ſimili modo in ſequentibus annis neceſſe eſt accidere.

ALij contra nec annos nec menſes lunares obſeruant, ſed annum ſolarem tantummodo in duodecim menſes partitum, non tamen ſecundum rationem motus Lunę. Horum autem plęrique dies 365. tãtum, pro anno accepere, vt AEgiptij, & Perſe, quod eo dierũ numero putarent Solem ſuum circulum complere, & redire vnde eſſet digreſſus. Inter AEgiptios & Perſas, nulla omnino nec in anni quantitate nec in menſium partione nec in principio etiam anni diuerſitas fuit, ſed tantum in mẽſium appellationibus. Imitati ſunt in partitione anni & menſium, diuiſionem ſolaris circuli. Ita enim mẽſem in triginta dies diuiſerũt. quemadmodum dodecatemorion aut ſignum vnum in triginta gradus partimur, vltimo tamen mẽſi quinque dies addiderunt qui ſunt ſupra. 360. quos dies additos appellabant. Veluti ex Ptolomeo in libris mag, compoſi. & Alphonſo cognoſci poteſt, Nomina & ordinem menſium tam AEgiptiacorum

quę varia

(quę varia reperiuntur.) quam Persicorum hic subiunximus.

Nomina Aegiptiacorum mensium.	Nomina mēsiū Persarum.
1 Thoth aut Tuth Tuch Thuz	1 Fordimech
2 Phaophi aut Bala	2 Ardaimech
3 Athyr Hetur Acco,	3 Cardaimech
4 Choyach aut Ayach	4 zirmech
5 Tybi Toba Sohbi	5 Marday
6 Mechir Mahyr	6 Sarenbemech
7 Phamenoth Phemanuch	7 Mahyramech
8 Pharmuthi Sarmorum	8 Ebenmech
9 Pachon Machor	9 ydramech
10 Pauni Seusi	10 Dimech
11 Epiphi Acticha	11 Behmemech
12 Mesore Mausori	12 Azfirdamic.

Horum mēsium ad nostros latinos talis est ratio, vt initium primi Aegiptiorum & Persarum conueniat cum quarto kalendas Septembres, a quo si numeres dies triginta habebis initium mensis secundi illorum in mensibus nostris.

Apud Romanos ad tempora vsque Cęsaris nulla omnino vera aut certa anni ratio obseruabatur. Siquidem Romanę vrbis cōditor Romulus annum primus Romanis instituit, decem mensium tātum, dierum autem trecentorum quatuor, a Martio principium faciens. Cuius anni rationem his versibus explicat Ouidius fast.1. Tempora digeret cum conditor vrbis, in anno Constituit menses quinque bis esse suo. Scilicet arma magis quam sydera Romule noras. Curaque finitimos vincere maior erat. Est tamen & ratio Cęsarque mouerat illum. Erroremque suum quo tueatur habet. Quod satis est vtero matris dum prodeat infans. Hoc anno statuit temporis esse satis, Per totidem menses a funere coniugis vxor. Substinet in vidua tristria signa domo Martis erat primus mensis Venerisque secundus, Hæc generis princeps, ipsius ille pater. Tertius a senibus, iuuenum de nomine quartus. Quę sequitur numero turba vocata fuit. ☞ Sed cū hæc anni constitutio nec Solis cursui, nec Lunę rationibus conueniret, eueniebat frequenter vt frigus anni,

estiuis men

eſtiuis menſibus, & contra calor, hiemalibus proueniret, quod vbi contigiſſet, tantum dierum ſine vllo menſis nomine patiebatur abſumi, quantum ad id anni tempus adduceret, quo cœli habitus in ſtanti menſi conſentaneus eueniret. At qui Romulo ſucceſſit Numa Pompilius, rationem anni a Romulo conſtitutam cernens minime cōgruere, auxit illum in diebus quinquaginta, & annum duodecim menſium lunarium fecit & dierum .354, Arabicorum annorum inſtar, adiungens decem menſibus Romulianis Ianuarium & Februarium, Cuius ordinationem ſtatim ſecuti finitimi. totidem diebus totidemque menſibus annum ſuum ſupputare cœperunt. Sed quod motus Lunę exactam rationem ignoraret, exceſſus duodecim Lunationum ſupra .354, dies nullam curam habebat. Eoque accidere neceſſe fuit, vt tertio quartove anno ſtatim a conſtitutione, a Lunaribus menſibus, Romani menſes pœnitus diſcreparent. Cum itaque videret hoc modo non recte procedere Lunarem annum a ſe conſtitutum, nulla iam ratione aſtrologica, ſed ſuperſticione quadā Pithagorica numeri imparis, ipſum in die vna adauxit, fecitque annum dierum .355. Sed cum hoc quoque pacto eueniret nōnunquam quod in Romuliano illo anno, vt mēſibus ſingulis non ſuus cœli habitus reſponderet. vernalibus ver, ęſtiuis ęſtas, nec meſſium ferie in æſtate, vindemiarum in autumno celebrarentur, pōtificibus & ſacerdotibus qui faſtis pręerant datum eſt negocium, vt nonnunquam cū id expoſcere videretur temporum ratio, menſem vnum in annum intercalarent, quem menſem intercalarem vocauerunt. Hanc intercalationem, vt teſtis eſt Macrobius & Solinus, nonnunquam neceſſariam omiſerunt ſacerdotes, nonnunquam vero ſupra quam temporis ratio exigebat, intercalatiōe ſuperflua annuum auxerūt in gratiam aut odium publicanorum, quibus aut proferri aut imminui conſulto dies anni volebant. Quamobrem Iulius Cęſar dictator iam & Pon. Maxi. omnem hanc temporum inconſtantiam, vagam adhuc & incertam, in ordinem certe ſtatutę que diffinitionis redigere cupiens, edoctus ante ab Alexandrinis & Aegiptijs, qui in cœleſtium rerum contemplatione omnium tunc mortalium primi habebantur, opera item Soſigenis Aſtronomi, vt tum erant res, peritiſſimi, quo familiariter vtebatur, primum confuſionem omnem quę ex pręcedentiū nō recta ſupputatione acciderat amputauit, Et deinde, cum annum ſolarem quadrantem circiter diei Aegiptiacos annos excedere comperiſſet (exactior enim anni quantitas nondum explorata habebatur) 365. dierum Romanis annū conſtituit, & pro quadrāte in quo ſolis circuitus .365. dies excedit, quarto vnoquoque anno diē vnū in mē

ſe Februa

se Februario intercalari iussit, qui bysextus appellatus est & annus intercalationis bysextilis, propterea, quod sextus Kalendas Martias bis eo anno numeratur. Hac tamen intercalatione, post mortem Cæsaris, sacerdotes qui præerant fastis abuti cœperunt, tertio quolibet anno diem intercalantes, qua re effecerunt vt.36.anni, in quatuor diebus iustam quantitatem excederent, Quem errorem post Augustus correxit. duodecim annos continuos absque bysextis currere faciens, vt ad veram rationem restituerentur, Ab eo tempore nihil anno Romano additum subtractumve legitur, Kalendarium tamen a Cæsare constitutum, in mensibus nonnihil immutatum reperitur. Quod mensis sextilis cum in honorem Octauii senatuscon. Augustꝰ appellaretur, vno die auctior factus est, qui Februario detrahebatur, ne scilicet minor esset Augustus quam Iulius. Hæc itaque anni solaris Romani & Kalendarii constitutio ad præsentia vsque tempore mansit deinceps immutata.

EST & tertium genus annorum, qui nec lunares sunt, nec solares, sed mixti quodammodo ex annis solaribus & lunaribus, quales anni apud Græcos & Hębreos in vsu fuerunt, vtebantur siquidem mensibus lunaribus tantum, Ita vt vnusquisque mensis inciperet semper a neomenia, & erat regulariter illis annus duodecim mensium &.354. dierum, nouemdecim tamen annos suos nouemdecim solaribus adequabāt, colligentes videlicet dies quibus annus solaris lunarem communem superat (quas Græci ἐπακτας appellant) qui cum ad viginti nouem aut, 30. ascenderent ex illis mensem vnum cōflatum anno communi addiderunt, mensem illum embolismum & annum embolismicum dicentes. Tertius itaque semper annus, sextꝰ, octauus, vndecimus, decimusquartus. decimusseptimꝰ, decimꝰ nonus (per hūc decem nouenalem circuitum perpetuo recurrentes) embolismici fuere, hoc est, tredecim mensium &.384. dierum, interdum vero.383. prout hoc ratio medii cursus lunæ exigebat.

☞ De nominibus & ordine mensium Atheniensium aut Atticorum, quibus Græci scriptores, præsertim philosophi omnes vtuntur, inter omnes fere conuenit, & sunt ea quę sequuntur,

Ἑκατομβαίων	Μεταγειτνιών	Βοηδρομιών
Μαιμακτηριών	Πυανεψιών	Ἀνθεστηριών
Ποσειδεών	Γαμηλιών	Ἐλαφηβολιών
Μουνυχιών	Θαργηλιών	Σκιροφοριών

SEd in ſignificatu horum nominum,hoc eſt,quibus anni tempo ribus menſes ſinguli reſpondeant.difficultatem non paruam inuenio.Theodorus Gaza,vir in vtraque lingua peritiſſimus in opuſculo quod περι μηνων,hoc eſt,de menſibus ſpecialiter cōſcripſit,multis modis nititur oſtendere εκατομβαιῶνα,menſem primum Atticorū, eum eſſe in quo accidebat ęſtiuum ſolſticium & cum Iunio noſtro cōuenire. μεταγειτνιωνα,cum Iulio.Et reliquos ita mēſes atticos vt ordine ſibi ſubſequuntur,cum reliquis noſtris omnino conuenire contendit,Vnde & illa menſium nomina quotieſcumque in Ariſtotelicis & Theophraſti libris,quos ille latinę interpretatꝰ eſt,occurrerunt,ita menſium noſtrorum nominibus expreſſit quaſi idem omnino fuiſſet εκατομβαιων,quod nobis Iuniꝰ,& ī cęteris fecit ſimiliter, quod certum eſt fieri non potuiſſe,quamuis hoc donaremus Theodoro quod εκατομβαιων.is menſis fuiſſet,in quo accidebat regulariter ęſtiuum ſolſticium.Manifeſtum eſt enim Græcos illos,lunares menſes obſeruaſſe,qui cum noſtris menſibus nec in numero dierum nec in initijs & terminis ipſorum conueniunt. Si quidem communes anni illorum,ex duodecim menſibus lunaribus conſtabant,& diebus,354.quos anni Romani in vndecim diebus(quas illi επακτας dicunt)excedebant.Si ergo initium εκατομβαιωνος pręſenti anno ſit prima dies Iunii,erit anno ſequenti initium eiuſdem vigeſima prima dies May,Anno item ſecundo fiet initium eiuſdem menſis,decima May,& tertio anno inchoabitur idem εκατομβαίων vigeſimanona Aprilis,Sed quoniam annus tertius Græcis eſt emboliſmicus,& ita tredecim menſium,rediret anno quarto initium εκατομβαιωνος ad finem May & initium Iunij.

ALij & certe plurimi διερμηνευτῶν diſſentiunt a Theodoro in pręnamdictis.Siquidem quos ille cōtendit Atticos incœpiſſe annum ab ęſtiuo ſolſticio,dicunt alij īcœpiſſe a verno equinoctio,Et quem ille facit menſem eſtiuę conuerſionis, eundem ,nempe εκατομβαιῶνα, faciunt alij menſem vernalis æquinoctij,Quod iſtud vulgare ferme ſit,& receptius,vel ex eo cōijci poteſt,quod in omnibus fere dictionarijs Græcis videre eſt hæc menſium nomina ita latine reddita, hoc eſt, εκατομβαιῶνα Aprilem,quem Theodorus Iunium interpretatur,μεταγειτνιῶνα Mayum,quem ille Iulium dicit,idem in reliquis.Propterea,quod menſis illius Attici in quo accidit introitus Solis in Arietem,pars maior in Aprilem noſtrum plęrumque incidebat,Quamquam nec hii,nec ille recte Atticos menſes latine interpretati ſint. Conſtat enim lunares menſes,qui apud illos in vſu

fuerunt

fuerunt cum latinis mensibus neutiquam concordasse, & ideo nec mensium latinorum nominibus recte exprimuntur.

SVnt pro hac communi opinione contra Theodorum, quod videlicet εκατομβαιων, primus Atticorum mensium vernalis, æquinoctii fuerit non solsticii æstiui, argumenta plurima. Scribit enim Aristoteles libro sexto, de natura animalium, vrsam coire τω μηνος ελαφηβολιωνος, ferre vterum dies triginta, cum prolem enutrierit exire mense tertio ηδη τω εαρος, hoc est, iam vere, aut existente vere. Interpretatus est hoc loco Theodorus Gaza ελαφηβολιωνα Februarium, vt pote, qui primum mensem Atticorum illum esse contendit, in quo accidit solsticium æstiuum, hoc est, mensem Iunium, consequens ergo fuit illi ελαφηβολιωνα, qui nonus est Atticorum, Februarium dicere, & vltimum Hibernorum mensium. Sed hæc interpretatio hoc loco seipsam elidit, quin palam ostendit iste locus Aristotelis ελαφηβολιωνα esse primum hibernorum mensium, in quo brumale solsticium accidit non vltimum, & cõuenire cum nostro Decembri non cum Februario, Eapropter & εκατομβαιωνα, vernalem esse aut verni æquinoctij non æstiui solsticii. Si enim coiret vrsa mense Februario, & tricesimo deinde die pareret, hoc est in Martio, quomodo exiret & fœtus suos educeret mense tertio & in vere? cum vernum æquinoctium in Martio accidere nulli dubium sit, si enim tres menses numeres a Februario in Mayum perduceris, Et ne tibi sit effugium, quod tres sint menses vernales, & ita diceres adhuc existente vere exire vrsam, quamuis exiret Mense Mayo, quandoquidem mensis ille ex vernalibus est, Ipse idem tibi reclamat Aristoteles octauo libro de naturis animalium scribens hoc modo. Quadrupedum que animal generant, histrices cõduntur, & vrsi. Pinguescunt vrsi pro id tempus, tum mares, tum fœmine vehementer, vt mouere sese facile nequeant, parit etiam fœmina eo tempore, & tam diu latet quoad tempus sit, vt suos catulos in apertum producat, quod verno tempore facit aut mense a bruma seu hyemali solsticio tertio. Est enim Græce περι τριτον μηνα α πο τῶν τροπων. Si ergo producat Vrsa suos catulos in apertum verno tempore, mense a bruma aut hyemali conuersione tertio, Mense igitur vernalis æquinoctij non æstiui solsticij id fieri necesse est, ille enim est mensis vernalis, & tertius post brumam aut hyemalis solsticij,

AT eodem auctore exeunt in apertum tertio menſe a coitu, Coeunt ita que bruma, aut menſe hyemalis conuerſionis, Coire autem eos τῷ μηνὸς ἐλαφηβολιῶνος, Idem affirmat Ariſtoteles, ἐλαφηβολιὼν ergo, non eſt vltimus hyhernorum menſium, ſed primus & hyemalis ſolſticii. Id propterea non recte ἐλαφηβολιῶνα Februarium interpretatus eſt Theodorus, quin rectius Decembrem dixiſſet, quamuis neutrum recte, vt ſupra docuimus, Sequiturque in alijs menſibus illum ſimili modo aberraſſe.

☞ Idem ex Plinio fit euidentiſſimum, Si quidem octauo libro Hiſto. na. de Vrſis loquens, ita ſcribit, Eorum coitus hyemis initio, nec vulgari pecudum more, ſed ambobus cubantibus complexiſque, Deinde ſeceſſus in ſpecus ſeparatim, in quibus pariunt triceſima die & cetera, Mares quadragenis diebus latent, fœminæ quaternis menſibus & cetera. Si itaque coeant Vrſi hyemis initio, vt ſcribit Plinius. Tradit autem Ariſtoteles coire ipſos menſe ἐλαφηβολιῶνος, manifeſtum eſt, ἐλαφηβολιῶνα non vltimum ſed primum eſſe hibernorum menſium, aut hyemis initium, Eapropter (quod ex ordine menſium conſtat) non erit ἑκατομβαιὼν (qui primus eſt menſis Atticorum) Iunius, ſed incidebat plerumque aut totus aut eius maior pars in Aprilem noſtrum, Et ne forte dicas Plinium (quod nonnunquam facit) hac in re ab Ariſtotele diſſentire, ſcribens coire Vrſos hyemis initio quos ſcribit Ariſtoteles coire menſe ἐλαφηβολιῶνος. Manifeſtum eſt Plinium ea omnia quæ de Vrſis ſcribit ex Ariſtotele fere ad verbum deſumpſiſſe. Præterea conſtat menſem illum quem Athenienſes ἑκατομβαιῶνα dicebant ab alijs communiter ξανθικὸν appellatum. Sed certum eſt menſem zanticon cum menſe Niſan primo Hæbreorum conueniſſe ex Ioſepho libro tertio antiqui, vbi ſic ſcribit. Menſe zantico qui apud nos Niſan appellatur, id eſt anni principium, quartadecima Luna &c, Quo menſe liberati ſumuss a ſeruitute Aegiptiorum, ſacrificium quod tunc egredientes ex Aegipto fecerunt, immolare nos ſingulis annis ſanciuit. Manifeſtum eſt hunc menſem zanticon, qui Attica lingua ἑκατομβαιὼν dicebatur, cum menſe Niſan principio anni Hæbreorum conueniſſe, illum autem incidiſſe plærumque in Aprilem noſtrum, aut totum, aut ſecundum maiorem partem manifeſtum erit ex his quæ ſubiungemus,

Non eſt re

Non est ergo quod Theodorus putat ἑκατομβαιῶν Iunius. sed magis Aprilis, quamuis nec iste proprie sit, nec ille, sed cuius pars vna in Martium, alia in Aprilem plerumque incidebat. Sed hęc de Gręcis mensibus nimis multa, quę tamen obiter attigisse haud visum est mihi sine opere præcio.

☞Hebraicorum mensium, quod constat, hæc nomina sunt, & iste ordo.

Nisan.	Ydar	Haziram	Thamuz
Abh	Eyul	Tisrim.1.	Tisrim.2.
Remiz.1.	Remiz.2.	Sabath	Adar

Mensis Nisan, primi Hebreorum, initium, est neomenia vicinior verno ęquinoctio, & incidit plerumque aut totus aut secūdū maiorem partem in Aprilem nostrū, & sunt omnes hij mēses Lunares, 29. & 30. dierum alternatim. Anno embolismico tredecim menses habent. intercalantes mensem vnum inter mensem Adar & Nisan, quem mensem intercalarem Vvadar appellant, Hinc manifestum est initium anni Hebreorum, nullum fixum diem seruare in Kalendario nostro, neomenia verno ęquinoctio viciniore, a qua annū auspicantur, non in eundem semper diem redeunte, Quippe q̄ aliquoties diebus quatuordecim præcedit ęquinoctiū, aliquando est in ęquinoctio quandoque vero sequitur ęquinoctium diebus quindecim. Decimaquarta itaque mensis Nisan, cuius initium semper esse debet neomenia vicinior verno ęquinoctio iussi sunt Iudei Pascha celebrare. Hic tamen te aduertere conuenit lector Hebreis duplex fuisse anni initium, mensem enim Nisan paschalem primum fecerunt, hoc præcipiente domino Exodi. 12. Mensis, inquit, iste vobis principium mensium primus erit in mēsibus anni, sed in sacris tantum, festiuitatum & solemnitatum celebratione Nisan primus mensis erat. In prophanis vero actis & vulgi supputatione, non primus sed septimus regulariter, mensis Nisan erat, & quandoque octauus anno videlicet embolismico, primus autem Tisrim hac ratione initium anni fuit apud illos, qui in nostrum Octobrem incidit plerumque secundum maiorem partem, vt testatur Rabbi Paulus burgensis in plerisque additionibus suis ad Liranas postillas.

ILlud quoque hic breuiter annotandum est. Quod rationem solaris anni a Cęsare constituti, cetere quoque nationes qui Romano parebant imperio imitari cœperunt. Aegyptij enim qui ad ea tēpora annos bysextileis nullos habuerant, sed annos singulos. 365. dierum, Romanorum imitatione bysextilem annum cūstituerunt, Mēses etiam suos, qui cum Romanis mensibus neutiquam congruebāt Romanorum instar cœperunt partiri, nisi quod aliud anni initium faciebant. Nam mēsis Toth qui primus est illis, cum Septembri nostro eundem omnino effecerunt, Mensem Phaophi, cū nostro Octobri, Athyr cum Nouembri, & ita in sequentibus, dederuntque singulis illis, cum latinis mensibus sibi respondētibus eundem dierum numerum. Idem secuti sunt Græci, quod ex multis scriptoribus liquet & res ipsa adhuc comprobat. Ea enim sola causa est, quod iam a doctissimis vtriusquæ linguæ viris ignoretur, qui sint menses illi Attici qui temporibus Platonis Aristotelis Theophrasti & eo seculo in vsu fuerunt, Quod antiqua illa annorum & mensinm supputatio diu in dissuetudinē abierit, Romano iā more, Grecis annos, mēses. & tēpora supputātib9. Hęc sunt i summa q̄ de diuersa annorū ratiōe obseruare potui apud philosophos, mathēaticos, historiographos, & eos qui de temporum ratione aliquid scripserunt, quę paulo fusius ideo libuit explicare, quoniam a paucis hęc recte explicata inuenio.

PROPOSITIO tertia. Iudei irrita facientes mandata dei propter traditiones suas, etiam ante christum frequenter illegitimum pascha celebrabant. Hac vero tempestate non nisi rarissime temporibus a lege constitutis suum pascha obseruant.

SIquidem, præceptum erat Iudeis a domino per Moysen, vt quartadecima mensis primi celebrarent pascha. Sed vt scribit Rabbi Paulus burgēsis & Hebreis vulgo confessum est, a legisperitis, Iudicibus, & sacerdotibus in secūda templi instauratione (de qua in libris Machabeorum) constitutum fuit in modum directionis & moderationis cuiusdam Mosaice legis ne vnquam celebraretur pascha feria secunda, quarta, aut, sexta, Et ita quandocunque incidisset decimaquarta mēsis primi in diem Lunę, Mercurij, aut Veneris, quibus secundum legem pascha immolandum erat (quādoquidem semper quartadecima mensis primi, nec vlla feria lege excipiebatur) in diem sequentem differri voluerunt, quintadecima primi mensis

immolā

immolantes pascha quod præcepit dominus immolari quartadecima. Quare toties exprobrauit illis christus ĩ euãgelio, vt Mathei. 15 Quod transgrederentur mandata dei propter traditiones suas. Et Marci. 7. Bene inquit prophetauit Esayas de vobis hypocritis, sicut scriptum est. Populus hic labijs me honorat. cor autem eorum longe est a me. In vanum autem me colunt docentes doctrinas & præcepta hominum, Relinquentes enim mandatum dei tenetis traditiones hominũ &c. Preterea Nec verũ, nec mediũ vernale equinoctiũ recte obseruant. Verum equinoctium appello, sicut reuera est, introitum Solis sub sectionem vernalem eclipticæ octauæ & equatoris, quod illis eque ac nobis incognitum fuit, Aequinoctium medium voco introitum Solis in caput Arietis primi, quod qua ratione sic appellari merito debeat in precedentis libri vndecima propositione explicatum est. Putant enim equinoctium, fixum diem tenere & eius sedem esse octauum Kalendas Apriles, quod, siue verum siue mediũ sequaris, certum est falsum esse, Accidit enim his temporibus introitus Solis in caput Arietis primi inter quintum & sextum Idus Martias. Quo fieri necesse est vt frequenter non primo sed secundo mense, hebraica perfidia suum iam pascha celebret, triginta diebus tardius quam lege percipiebatur, Est enim mensis primus in lege & paschali præcepto, cuius neomenia aut initium proximius accedit ad vernum equinoctium, quod non fieri post vndecimam Martij istis temporibus indubitatum est, siue introitum solis in caput Arietis primi pro verno equinoctio accipiamus siue verum vernale equinoctium sequi libeat, hoc est, ingressum Solis in vernalem sectionem eclipticæ mobilis & equatoris, Quandocunque ergo decimaquarta Luna cadit inter quintum Idus Martias & octauum Kalendas Apriles quem illi equinoctio deputãt, ipso die secundum Mosaycam legem pascha immolari deberet, est enim decimaquarta eius mensis cuius neomenia vicinior est verno equinoctio. At non illo die, immo decimaquarta Luna mensis sequentis Hebrei suũ pascha obseruant, mense secundo immundorũ non primo, ex hoc decepti. Quod vernum equinoctium octauo Kalendas Apriles fieri existimant. Frequenter est itaque Sol in Tauro nõ in Ariete quãdo seruũ hoc pec9 ceruicis durissime sacrilegum suum pascha non legitimum immolat, Vt preteream errores & imbecillitatem cycli lunaris quibus neomenias, initia mensium, inuestigant. Quapropter christianis insultare desinant, & non recte Paschalis obseruationis arguere Homines perfidissimi, quibus obscuratum est cor insipiens &

 incircũcisum

incircunciſum,obcęcante illos malicia eorum,vt qui nihilo melius ſecundum Moſaycam legem paſcha ſuum celebrant,quam nos iuxta patrum noſtrorum traditiones.

PROPOSITIO quarta. Chriſtianis nobis haud minor,immo multo quam iudeis maior ratio fuit celebrandi paſcha domino deo noſtro. Vt pote liberatis a myſtici Pharaonis duriſſima ſeruitute,adeptis etiam per reſurgentem chriſtum, primitias reſurgentium,ſpem vitę immortalis. Siquidem Iudaicum hoc paſcha vmbra erat & figura huius tranſitus totius humani generis a ſeruitute illa qua crudeliſſimis tyrannis indigniſſime ſeruiebamus,in nouitatem vite,in veram libertatem ſpiritus,in terram promiſſionis,in vitam immortalem &c.

PROPOSITIO quinta. Tempus quo paſchalis ſolemnitas a domino iuſſa eſt celebrari,non modicam partem continet ſacri miſterij huius ſanctę feſtiuitatis.

SIcut nanque hoc tempore verni ęquinoctij,dies incipit noctem vicere,& Sol ſuos radios mortalib9 magis explicare. Ita ſaluator noſter,lux vera quę illuminat omnem hominem veniente in hunc mundum,a mortuis reſurgens,noctem peccatorum ac tenebras ignorantie fugauit, radios ſuos longe lateque explicauit, Qui enim ante præceperat diſcipulis in vias gentium ne abierent,neue in ciuitates ſamaritanorum ingrederentur. Eiſdem iam præcepit, vt euntes in mundum vniuerſum prædicarent euangelium omni creature,quod ita ſunt executi vt in omnem terram exierit ſonus eorum,& in fines orbis terrę verba eorum. Quemadmodum etiam poſt vernum ęquinoctium Sole altius mundo aſſurgente reuiuiſcunt omnia quęcunque per hiemis inclementiam mortua videbantur,et omnia nouam induunt letamque faciem, Ita Sol iuſticiæ Chriſtus, a mortuis reſurgens,ac de morte triumphum agens, nouam vitam mundo inuexit. Et nobis qui mortui eramus omnes in Adam, etiam propter frigus peccatorum noſtrorum & torporem gentilitatis noſtrę,charitatem dei per ſpiritum ſanctum diffudit in cordibus noſtris,atque adeo mortuos nos viuificauit. Præterea Cum paſchale hoc ſacramētū ſit renouationis feſtiuitas,fuit a patrib9 in Cæſarieſi conſilio diffinitum, conuenire huic ſacratiſſimo myſterio tempus vernalis ęquinoctij,quia mundi initium in vere fuiſſe probat ſcriptura,quę germinaſſe dicit terram herbam virentē,& quod in ęquinoctio,pro-

noctio probat ęqua diuisio lucis a tenebris, Quodque plena lumine Luna fuerit,eadem docet quę illam illuminasse noctem affirmat. Scribit etiam . B. Cyrillus in epistola ad Valerium & vniuersam Carthaginensem synodum, eodem die mortuum christum quo con ceptum,Eodem quoque die per mortem regenerasse mundum,quo in Adam mortuus est & peccauit,vt sicut in Adam omnes mortui sumus die illo,ita per mortem Christi eodem die viuificati. Innumera id genus a sanctis patribus inuenies locis plurimus abunde tractata &c.

PROPOSITIO sexta.Non erat conueniens christianos in celebratione paschalis festiuitatis,in eūdem diem cum Iudeis coincidere.

ID autem duabus præsertim rationibus.Primum.Ob confutandā quę inualescebat principio ecclesię heresim, dicentium Mosaycā legem cum euangelio obseruari oportere.Ne vel ex hoc sui erroris cōfirmationem acciperent,existimantes nos eodem quo iudeos die pascha nostrum celebrare,quasi mosayca lege ad id obligati,Deinde quoniā nō quartadecima die primi mensis Saluator noster superata morte in vitam immortalem transijt,& resurrexit, simul eius vitę nobis spem certam afferēs,sed decimaseptima, vt Latini doctores te re vniuersi existimāt,aut decimasexta, si Græcis accedēdū est, q̄ pu tant dominum quartadecima Luna mortem obijsse. Et quod certū est, prima sabbati,quem nos dominicum diem a memoria resurrectionis dominicæ appellamus,

PROPOSITIO septima. Ne itaque nostrum pascha congruentia temporis ad id celebrandum a deo instituti priuaretur, Neue cum illa iudaica nostra obseruatio coincideret,institutum est a patribus & vniuersali ecclesia sancitum, vt Dominica prima post quartamdecimam diē mensis primi a christianis omnibus pascha celebretur.

FVit per Theophilum Cęsariēsem Episcopum,mādato Victoris Romani Ponti.in Cęsaria palestinę congregatum consiliū, in quo statutum est,dominico semper die pascha celebrari debere, Eius consilij diuus Hiero. de viris illustribus, scribens de Theophilo meminit.De eodem ita scribit Eusebius in cronicis. Questione orta in Asia inter episcopos an secundum legem Moysi quartadeci-

ma mensis primi pascha obseruandum esset Victor Romanę vrbis episcopus, & Narcissus hierosolymarũ, Policrates quoque & Hyreneus, & Bacchylus. plurimique ecclesiarum pastores quid eis probabile visum fuerit literis ediderunt, quarum memoria ad nosusque perdurat. Literarũ victoris ad Theophilũ Cęsariēsem episcopũ & reliquos Cęsarię cōgregatos, pars, extat in decretis dist. 3. c. Celebritatem, in quo sic legitur, Celebritatem sancti paschę die domini ca agi debere & prædecessores nostri iam statuerunt, & nos illud eadem die solemniter celebrari mandamus, quia non decet vt membra a capite discrepent, aut aliter gerant, a decimaquinta vero primi mensis vsque ad vicesimamprimam eiusdem mensis eadem festiuitas celebretur. Prędecessorũ Victoris extat decretalis Pij primi, qui octauus post Petrũ, episcopatũ Romanę ecclesię obtinuit anno christiane salutis. 146. Imperante orbi Antonio pio, est autem hoc verborũ tenore ☞ Pius apostolice sedis archiepiscopus ecclesijs omnibus in eadem in qua sumus fide manētibus, Gratias agimus fratres deo quoniam excrescit fides vestra & abundat charitas vniuscuiusque vestrum &c. Ceterum nosse vos volumus. quod pascha domini die dominico annuis temporibus sit celebrandum. His enim temporibus Hermes doctor fidei & scripturæ effulsit inter nos. Et licet nos idem pascha prędicta die celebraremus, quia tamē inde quidem dubitant, ad corroborandas animas eorum, eidem Herme angelus domini apparuit. & præcepit ei vt pascha domini die dominico ab omnibus celebraretur, vnde & nos apostolica auctoritate instituim⁹ omnes idem obseruare debere, quia & nos idem seruamus. Nec debetis a capite quoquo modo discedere. Habetur hæc decre. epistola de cōsecra, dist. 3. c. Nosse. ☞ Meminit quoque Hiero. & Eusebi⁹ i cro. huius constitutionis a Pio facte his verbis. Sancitum est a Pio, vt resurrectio domini die dominico celebretur, quod a pluribus postea pontificibus est confirmatũ. ☞ De prædicta synodo iussu Victoris Cæsarie celebrata scribit Euse. li. 5. ecc. hist. c. 23. In prouincijs Asię questio non minima exorta est, velut ex antiqua eorum obseruatione descendens, quod quartadecima Luna putarent omni modo pascha celebrandum quando videlicet iudeis præcipitur agnus immolari veluti necessario confirmantes quacunque die septimanæ quartadecima Luna venisset solui debere ieiunium, cum talis consuetudo in nullis prorsus alijs vnquam obseruata fuisset ecclesijs. Ob quam causam conuentus episcoporum & consilia per singulas quasque prouincias conuocantur, prorogatisque ad se inuicem epistolis, de singulis quibusque locis vnum omnes ecclesiasticum dogma confirmant.

Ne liceat

Ne liceat aliquando nisi in die dominica, in qua dominus surrexit a mortuis dominicum pasche celebrare mysterium. Idem Eusebius. 25.c. eiusdem libri hoc decretum eiusdem synodi memorat. Epistole autem nostre synodalis exemplaria per omnes ecclesias transmittantur, ne rei efficiamur animarum que diuersis erroribus immerguntur &c. Postea sub Constātino magno & Siluestro Romano pontifice anno christiane salutis, 324. Nicena synod⁹ celebrata est, cui interfuere trecenti octodecim episcopi catholici viri sanctitate & doctrina insignes. In qua, inter cetera, antiquum Victoris canonem de tempore celebrationis paschalis renouarunt, & ab omnibus ecclesijs obseruari præceperunt. Iam enim scisma magnum inter ecclesias eā ob causam exortum erat. De hoc synodo & eius actis inuenies multa. li. 1. histo. trip. circa finem & li. 2. plurimis locis. Sed quantum ad præsens decretum attinet, capite. 10. Et apud Eusebium li. 10. eccli. histo. Ibi enim capite. 6. post narrata statuta sancte synodi Nicenæ, ita subiungit. Igitur cum de his prout diuinarum legum reuerentia poposcerat decreuissent, Sed & de obseruantia pasche antiquum canonem per quem nulla de reliquo variætas oriretur ecclesijs tradidissent, omnibus rite dispositis ecclesiarum pax & fides in orientis atq; occidentis partibus vera & eadem seruabatur &c. ☞ Diuus etiam Ambrosius meminit hui⁹ rei in epistola ad episcopos per Emiliam constitutos his verbis. Non mediocris esse sapientie diem celebritatis diffinire paschalis & diuina scriptura nos instruit, & traditio maiorum, qui conuenientes ad synodum Nicenam inter illa fidei, vt vera, ita admiranda decreta, etiam super celebritate memorata, congregatis peritissimis calculandi, decem & nouem annorum collegere rationem, & quasi quēdem constituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum enneadecaterida nuncuparunt, sequentes illud, quod non debemus vana quadam opinione super celebritate huiusmodi fluctuare, sed vera ratione comperta ita omnium currat affectio vt vna nocte vbique sacrificium per resurrectionem deferatur &c. Hacten⁹ Ambrosius. Subsecuta est Anthiochena synodus anno domini (vt diuus Hieronimus tradidit.) 367. Cuius hoc decretum legitur. Omnes qui audent dissoluere regulam sancti & magni consilij Niceni. quod celebratum est in præsentia dei, & clementissimi Constantini Imperatoris, de sancta & salutari festiuitate paschali saluatoris nostri excōmunicatos & abiectos esse debere de ecclesia maxime si perseuerent studio contentionis ad subuertenda ea que optime constituta sunt, & hæc quidem de laycis dicta sunt. Si autem de præpositis aliqui, id est, Episcopus

preſbiter,aut dyaconus,poſt hanc definitionem & hunc terminum auſi fuerint in ſubuerſionem populorum& perturbationem eccleſiarum ſeorſum colligere,& cum Iudeis quartadecima luna paſcha voluerint celebrare,hūc ſancta ſynodus alienum iam ab eccleſia indicauit. Anno deinceps chriſtianę ſalutis.454.cōgregatū eſt.Calcedonēſe vniuerſale conſilium, in quo ſexcenti epiſcopi congregati fuerunt ſub.B.Leone Romano Pontifice. In eo iterum de paſchali celebratione grandis queſtio mota eſt, & complures epiſcopi hunc errorem, qui quartadecima hereſis in actis eius concilij nominatur,ſunt ſolemni iuramento & publiçe abiurare compulſi. Quorum nomina cum forma iuramenti inuenies in actione prima eiuſdem concilij,hoc inſuper adiunxit. Omnes qui non celebrant ſanctum diem paſchæ ſecundum ſanctæ catholicæ eccleſiæ regulam,anathema ſit.

PROPOSITIO octaua. Tametſi præceptum de celebranda paſchali feſtiuitate non more iudaico quartadecima Luna, ſed dominica prima poſt quartamdecimam menſis primi rationabile ſit credere nō eſſe ab hominibus inſtitutum,ſed a Chriſto Apoſtolis,& per illos primitiuę eccleſię traditum, Aſiatici tamen chriſtiani qui principio naſcentis eccleſiæ ad fidem conuerſi, conniuentibus pro tempore apoſtolis,Moſaycam legem cum euangelio obſeruabant,ab ortodoxis ſemper & ſincere fidei zelatorib9 diſſenſerunt,tā ante quam poſt Nicenam ſynodum iudaico more paſcha celebrantes. Quod enim a chriſto apoſtolorū traditione hoc acceperit primitiua eccleſia,ex eo licet argumentari,Quoniam apoſtolorum quoque temporibus eorūdē & primitiuę eccleſię conſtitutione,q̄ iudeis prima ſabbati dicebatur,a chriſtianis dominicus dies fuit appellat9, vt ꝑ ſingulas hebdomadas in eo dn̄icę reſurrectiōis memoria celebraretur,qui prima ſabbati reſurrexit a mortuis. Hunc enim fuiſſe vniuerſalem eccleſię morem,etiam.B.Ioannis euangeliſte temporibus ,indicant verba eiuſdem Apoca,1. Ego,inquit, Ioannes frater veſter & particeps in tribulatione,& regno, & patientia in Ieſu chriſto,fui in inſula quę appellatur Pathmos,propter verbum dei & teſtimonium Ieſu,fui in ſpiritu ī dominica die, & audiui poſt me vocem &c.Si itaque iam apoſtolorum temporibus quelibet prima ſabbati, ob memoriam dominice reſurrectionis ſacra fuit & dominica dies appellata, quia domin9 prima ſabbati reſurrexit a mortuis nihil dubitādum eſt,quin ab eiſdē apoſtolis dies paſchalis ſolemnitatis ſit inſtitutus ,in quo anniuerſaria & ſpetialis dominicę reſurrectionis

memoria

memoria a christianis omnibus celebraretur, prima etiam sabbati & dominica die, quam per vniuersum annum dominicę resurrectionis memorię consecrauerunt. Præterea non inuenimus hanc paschalem solemnitatem in ecclesia non fuisse aliquando celebratam, nec aliqua prima reperitur huiusce rei institutio in his qui primitiuę illius ecclesię res & acta quam diligentissime conscripserunt Immo attestantur omnia fuisse ab initio christianis anniuersarium & celebre pascha. Est ergo verisimile, a principio apostolorum doctrina christianos hoc accepisse, Si enim non ab Apostolis hoc ab initio didicissent, sed patrum cōstitutione postea fuisset introductū, extarent nimirum vestigia aliqua illius conuentus in quo hoc decretum fuisset, quod tanto consensu ab omnibus christianis tam ex Iudęis quam gentibus ad christum conuersis per vniuersum terrarum orbem receptum est.

QVod autem apostoli a christo aut spiritu sancto edocti non ex proprio aut humano sensu eam quam prædiximus paschalis festiuitatis obseruationem primitiuę ecclesię tradideruut, Immo authore deo. Indicat angelica reuelatio quę facta est temporib9 Pij primi qui octauus post Petrum Romanæ ecclesiæ episcopatum obtinuit. Eo siquidem præsidēte ecclesiæ Romanæ (vt attestatur eiusdem decretalis, cuius supra meminimus, posita in decretis.c. Nosse. de conse. dist. tertia.) apparuit Herme viro sancto doctori fidei & scripturæ angelus domini, ostendens dei voluntatem esse & præceptum vt dominica die annuis temporibus pascha celebraretur. Iam enim cœperant de hoc dubitare plurimi, putantes quartadecima luna iuxta dominicum præceptum in lege Moysaica, pascha celebrādū esse. Hic & illa Pij prædicti decretalis cōstitutio, quā in propositione præcedenti recitauimus emanauit. Multis præterea miraculis attestatus est deus se auctore & nō humano sensu instituisse Apostolos vt pascha domini celebraretur dominica prima post quartamdecimam mensis primi. vt est illud, cuius meminit beatus Cyrillus Alexādrinus Episcopus, quod ipso die quo secundum Apostolorum constitutionem Pascha celebrandum erat, replebatur baptisterium aqua diuino miraculo quo cathecumini baptizarētur Is enim erat mos primitiuæ ecclesiæ. vt cathecumini sancto die paschæ ad baptisma accederēt. Hoc myraculo vtitur Cyrillus in eius argumentum quod Alexandrini (a quibus sepe dissenserunt Romani in tempore paschalis celebrationis) semper obseruauerunt legittimum pascha secundum apostolicam immo diuinā ordinationē. Cū enim quodam anno dissentio esset inter Latinos & Græcos qui sem

per con-

per cõſenſerũt Aegiptijs,de tẽpore paſchalis obſeruatiõis, celebrãti bus latinis paſcha ſuũ octauo kalẽdas apriles,cõtra cõtẽdẽtibꝰ Grę cis & Alexãdrinis decimo Kalendas Mayas ipſum eſſe celebrãdũ, repletũ eſt diuino miraculo baptiſteriũ,quod ſemꝑ die paſchę ſpõte ſua repleri aqua ſolebat,nõ ipſo die quo a Romãis paſcha celebraba tur,ſed eo die quo ab alexãdrinis id eſſe celebrãdũ ſecũdũ apoſtolicã ordinationẽ prædicabatur,manifeſte atteſtante numine,nõ ſolũ ſe auctore paſchalem ſolemnitatem inſtitutam eſſe,immo & velle vt ſtatuto & ordinato tempore celebretur. Quod idem affirmant ſan= ctorum plurimi,vt.B.Cyrillus Alexandrinus epiſcopus in epiſto= la ad Innocentium primum Romanæ vrbis pontificem. Sanctum inquiens,paſchę myſterium, eiuſque ſacra ſolemnitas ſicut eſt a ſaluatore noſtro& ab apoſtolis tradita,illibata manſiſſet ſi eã quorũ dam inſipientium peruerſitas inter cetera fidei ſacramenta minime contaminaſſet &c, Ante Cyrillum Clemens Alexandrinę pre= ſbiter eccleſię,pręceptor Origenis vir eruditiſſimus(vt tradit Euſe. li.6.hiſto.eccle.c.6,&.15.Hieronimus item in cathalo. ſcrip.eccl.) anno ſalutis circiter.206,inter alia eruditiſſima volumina libellum vnum de paſchali oblatione conſcripſit,in quo ſe a fratribus prope= modum compulſum aſſerit,vt ea quæ a pręſbiteris,id eſt, apoſtolo= rum ſucceſſoribus voce ſibi ſola tradita fuerant,conſcriberet ac poſte ris explicaret.Scripſit autem de ea re quod ante diximus, dominica videlicet prima poſt quartamdecimam menſis primi paſcha cele= brãdum eſſe.Manifeſtum ergo hoc ab Apoſtolis primitiuę eccleſię traditum fuiſſe. Affirmat idem Protherius præſul Alexandrinꝰ in epiſtola ad Beatum Leonem Pontificem Romanum,Is enim hor t antibus Leone Pontifice & Martiano imperatore, vt cycli paſcha lis Theophili luculentam rationem conſcriberet reſpondit Leoni in hunc modum;Letificauerunt me littere dilectionis tuę quas fra= ter coepiſcopus noſter Victorinus pio apportauit officio, Opor= tebat enim vt ab Alexandrinæ eccleſiæ pręſulet alia ſcripta ad ſe dem apoſtolicam mitterentur,quę oſtẽderẽt magiſterio Beatiſſimi Petri apoſtoli,paſchalis feſti computum ab initio per Beatum Mar cum eius diſcipulum didiſciſſe Aegiptios quod etiam conſtat didiſ ciſſe Romanos &c. Idem innuit Beatus Leo Romanus ponti= fex in epiſtola ad occidentales epiſcopos miſſa. &c. Veriſimile eſt ergo apoſtolorum traditione & auctore deo primitiuam eccleſi= am recepiſſe ordinationem illam celebrandę paſchalis ſolemnita= tis non quartadecima primi menſis Iudaico more, ſed ſemper die dominica,prima videlicet poſt quartãdecimã Lunam mẽſis primi

Quod ta

QVod tamen Asiatici christiani legis emulatores ab orthodoxis & sincere fidei zelatoribus ab initio dissenserunt, iudaico sẽper ritu pascha celebrãtes, tã ante Victoris decretũ quã post ad Nicenam vsque synodum, quisquis rerum ecclesiasticarum diligens fuerit perscrutator ignorare non potest. Extat enim apud Eusebiũ li.5.eccle.hist.c.24. Policratis episcopi ad Victorem Romanum põtificem (qui episcopis Asiæ non appstolico, sed iudaico ritu pascha celebrantibus, excommunicationem comminatus fuerat) epistola, in qua suum suorumque errorem tuetur contra Victorem in hunc modum. Nos, inquit, intemeratum paschę colimus diem, neque addentes neque auferentes aliquid, etenim magna quędam luminaria apud Asiam dormierunt. & summi & electi viri, Philippus apud Hiaropolim, Ioannes qui supra pectus domini recubuit apud Ephesum &c. Isti omnes, inquit, diem pasche in quartadecima die mẽsis obseruauerunt secundum euangelium, nihil omnino extrinsecus agentes vel addentes. sed fidei regulam per omnia conseruantes, Sed & ego omnium vestrum minimus Policrates secundum parentum meorum traditionem obseruo, quos ab initio secutus sum. septem nãque ex parentibus meis per ordinem fuerunt episcopi, ego octauus q̧ omnes ita obseruauerunt hanc diem, vt conueniret cum illo quo fermentum, Iudeorum populus aufert, vnde fratres charissimi, sexaginta quinque annos etatis gerens in nomine domini, multorum quoque orbis terræ episcoporum noticiam habens, in sanctis scripturis intendens non perturbabor ex his quę ad terrorem proferũtur, Quia & maiores mei dixerunt. Obtemperare oportet deo magis quam hominibus. Hæc Policrates ad Victorem apud Eusebium.

Extat præterea epistola Hyrenei Lugdunensis episcopi ad prædictum Victorem Romanum Pontificem, eodem, quem citauimus, loco Eusebij. Qui quamuis ipse celebraret paschalem solemnitatem dominico die ritu apostolico, & ita quoque ab alijs faciendum censeret, Increpauit tamen vehementer & obiurgauit seuere Victorem Pon. Ro. Quod passim totius Asiæ & vicinarum prouinciarum ecclesias a communionis societate abscindere niteretur. tamquam in heresim declinantes, demõstrans eidem, semper ante ipsum Romanos pontifices cum orientalibus & Asiaticis ecclesijs pacẽ habuisse, quamuis diuerso ab illis tempore paschalem celebritatem obseruassent. Obque eã rẽ nõnũquã iter illos questio orta fuisset. Quod autẽ permanserũt Asiatici in pristino illo ritu, non obstante Victoris decreto, patet manifeste ex eo tumultu & discordia. quę ex hac re

orta erat in eclеſia tempore Conſtantini magni, & decreto Niceni conſilij in hanc rem congregati, cuius ſupra meminimus. Poſt Nicenam quoque ſynodum plurimos Aſiaticorum rediiſſe ad vomitum, & ad ritum priſtinum, quantumcunque illum abiurarunt in eadem ſynodo, ſecundum eiuſdem conſtitutionem, coniectari poteſt ex decretis conciliorum ſubſequentium, Anthioceni & Calcedonienſis ſupra memoratis, quibus ſub anathemate præcipiebatur non alio die celebrari paſcha quam dominica prima poſt quartamdecimam menſis primi. Manifeſta eſt igitur & ſecunda pars propoſitionis.

NONA propoſitio. Errores nõnullos qui ĩ huius ſanctæ feſtiuitatis celebratione diuerſis emerſerunt temporibus breuiter enarrare.

COnſtat ex pręcedẽti, quamuis apoſtolica, immo chriſti ordinatione, paſcha celebrandum ſit chriſtianis dominica prima poſt quartamdecimam menſis primi, Syros tamen & Aſiaticos Moſaycæ legis emulatores iudaico more, hoc eſt, quartadecima luna menſis primi ab initio ipſum diu celebraſſe.

INuenti ſunt præter hos hereſiarche qui noua de hac ſacra ſolemnitate dogmata introduxerunt. Siquidem Montanus quidam Phrix Hereſiarcha pernicioſiſſim⁹, circa annum ſalutis noſtre. 170 apparuit, (cuius ſectatores Cathaphrige appellati ſunt.) Hic inter alia peſtifera dogmata, ſacrum paſcha non ſecundum lunarem ſed ſolarem tantum curſum obſeruandum docebat. De hoc ita ſcribitur li. 9. hiſt. triper. c. 38. Montani quos Phrygas nominant, peregrinam quandam adinuentionem introducentes, ſecundum eam paſcha celebrabant, culpant eos qui curſum lunę requirunt, & dicunt ſolares tantum cyclos ſequendos & menſes quidem ſingulos eſſe triginta dierum definiunt, & inchoare primum ab æquinoctio vernali, tunc enim, vt inquiunt, duo luminaria facta ſunt, quibus tempora & anni manifeſtantur. Octauum Kalendas Apriles putant in ſcripturis quartamdecimam mẽſis primi appellari, quo paſcha celebrãt ſi dominicus fuerit, alioqui dominica proxima &c. Plura de Mõtanis & Cataphrygis iſtis legere potes apud Euſebium li. 5. eccle. hiſto. Fuerunt & alij qui fixo & ſtato ſemper die paſcha celebrabant, Octauo videlicet Kalendas Apriles, Quod hoc die, & verbum incarnatum angelo annunciante exiſtimabant, & dominum reſurrexiſſe a mortuis. In hoc errore quondam Gallorum aliquos fuiſſe, cognoſci poteſt ex Synodali epiſtola Theophili

Cesariensis episcopi qui synodo illi presidebat cuius meminimus su pra,tempore Victoris Romani pontificis. Fuere itē qui octauū Kalendas Apriles anni principium & initium mensis primi puta-uerūt,& ab hoc quartadecima die pascha celebrabāt,vt precipiēti le-gi obsequerētur,horum fit mentio.li,9.histo.triper.c.38.

SVccessit his alia pestis longe perniciosissima,Manicheorum vi-delicet,annum circiter.281.salutis nostre,sub Fœlice Romano pō tifice Imperante,Probo,vt in cronicis testatur Eusebius. Hij in-ter multas insanas blasphemias dominicam quoque resurrectionē negabāt,diei dominico,vt dominicæ resurrectionis memoriam pre se ferenti,nullum honorem impēdebāt,quin cōtra vt omnino a do-minicæ resurrectionis letitia alienarēt homines,ieiunia his domini cis diebus indicebāt,Contra quorum pestiferas hereses,illud Gāgrē sis concilii emanauit decretum. Si presbiter aut diaconus &c. absque aliqua necessitate die dominica pro quadā religione ieiunauerit ana thema sit,& habetur.30.dist.c.Si quis presbiter.Similiter.26.q.7.c. Sacerdos. dicitur. Nam qui dominico die religiose ieiunat non cre-ditur esse catholicus,Horum Manicheorum venena longe lateque serpserant temporibus diui Augustini,& infecerant mortales pluri-mos,obquod aduersus eorumdem insanos errores,& epistolam Ma-nichei,quam fundamenti appellant,librum conscripsit.

PROPOSITIO decima. Quib9 rationibus prisci patres quar tamdecimam lunam mensis primi inuestigarunt, queque hac in re dissentiones in ecclesia frequenter fuerant breuiter explicare.

QVamuis temporibus Pij primi & Victoris Romanorum pon tificum inter Romanam ecclesiam & alias plurimas ante Ni cenam synodum,post eam vero,inter omnes ferme conueniebat do-minicum pascha nō iudaico more,luna quartadecima,sed dominica prima post quartamdecimam mensis primi celebrandum esse, In mense tamen primo longa & pertinax inter ecclesias dissentio fuit. Inter Romanam præsertim ecclesiam,& Græcos , Alexandrinos, ac Aegiptios.que orta est ex cyclorum,quibus primā lunam mensis primi inuestigabant diuersitate.

VTebatur namque a principio Romana ecclesia lunari Cy-clo,Romano Kalendario inscripto in quartadecimæ lunæ mensis primi inuestigatione. Siquidem,posteaquam a Cæsa-re ea anni quantitas & ratio fuerat instituta, que in presentem

vsque diem obseruatur. Legimus Chaldeos transmisisse Romanis lunarem cyclum, per quem, tametsi nec annos nec menses lunares haberent, congressus tamē luminarium per anni circuitum indicarentur, quem cyclum Kalendario suo aureis literis inscripsere, vnde & aureus numerus appellari cœpit. Cuius hęc erat ratio. Cum in.19.annis Romanis cum suis quadrantalibus supplementis, dies 6934.& hore.18.contineantur, in quo dierum numero perficiuntur lunationes.235.vt quę complentur diebus.6939.horis,16.minutis.31(de medijs luminarium coniunctionibus hic sermo est.) Necesse est nouilunia post annos Romanos.19.ad eosdem dies reuerti, quoniam tempus in quo.235.lunationes perficiuntur est fere equale nouendecim annis Romanis, deficiens solum ab eodem in vna hora &.28.minutis. Signabant itaque per annos nouemdecim omnes luminarium congressiones aureis his numeris, quos vocant, incipientes a Kalendis Ianuarijs in quem anno primo huius cycli quādo Kalendario inscriberetur prima luna inciderat, ab hoc omnes cōgressus luminarium anni primi vnitate notantes, anni vero sequentis binario, ternario tertij.ad nouemdecim vsque, quibus completis reuertebātur anno vicesimo omnes neomenie ad eosdem dies. immo ad easdem ferme horas in quibus fuerunt primo anno eius cycli & qui vnitate in Kalendario insigniti erant.

HOc itaque cyclo decemnouenali vsa est primeua illa Romana ecclesia in paschalis aut primi mēsis inuestigatione, Nisi quod cyclum suum, ab ęquinoctio autumnali (quod prope octauum Kalendas Octobres fieri putabatur) Hebraico more incipiebat, quem Romani a Kalendis Ianuarij præcedentis inchoabant, Ita vt que neomenie in Kalendario Romano a Kalendis Ianuarijs ad reditū earumdem vnitate signabantur, eædem in ecclesiastico Kalendario ante octauum Kalendas Octobres non vnitate, sed.19.erāt insignite, sed post octauum Kalendas Octobres vsque ad Kalendas Ianuarias, vnitate vt in Romano Kalendario, & deinde quæ in eodem Romano Kalendario post Kalendas Ianuarias ad octauum vsque Kalendas Octobres binario annotabantur, in ecclesiastico illo, vnitate erant insignes, Ita eueniebat vt semper in Martio & Aprili paschalibus mensibus, aureus numerus in vnitate minor esset in Kalendario ecclesiastico q̄ in Romano, quāuis eūdem semper locum in vtroq; obtineret. Mensem autē primum & paschalem inuestigabant hoc pacto. Supputauerunt beneficio prædicti cycli decemnouenalis, menses lunares, quos duodecim cōis annus

Hebraicus

Hebraic9 obtinet. Et cum Hebrei suos annos.19,nouemdecim sola rib9 nostris faciāt equales,in quib9 super.19.annos lunares,mēsiū.12 cōtinētur mēses septē faciantque ob id in vno quolibet vndeuigin= ti annorum circuitu septem embolismicos annos,hoc est,mensium tredecim,tertium videlicet.6,8.11.14.17.& decimumnonum.Eundē modum, vt hebraicos annos in nostro Kalēdario supputaremus,Ro mana ecclesia imitata est, annum semper tertium cycli sui lunaris, sextū,octauū & ceteros memoratos embolismicos faciēs tredecim mensium lunariū, Annos reliquos & communes ex duodecim men sibus perficiens.Hac supputatione perducebatur(vt putabant) ad mensem Nisan paschalem qui mensis primus est Hebreorum.cuius= que quartadecima die iussi fuerunt a domino pascha celebrare, Cu= ius initium semper esse debere neomeniam verno ęquinoctio vicinio rem,ita vt quartadecima Luna eius, aut sit in ęquinoctio, aut sequa= tur proxime, præcedat vero nunquam, propositio secunda mani= festum fecit. Quoniam autem in Romanorum illo Kalendario,de= cimustertius Kalendas Apriles binario aureo erat conspicuus, vt q initium cycli sui vndeuicennialis a Kalendis Ianuarijs auspicaban tur.In ecclesiastico Kalendario,idem dies aurea vnitate erat insi= gnis.In quo semper in Martio & Aprili(veluti supra diximus) au= reus numerus in vnitate deficiebat ab aureo numero Romano & vul gari,Decimumtertium itaque Kalendas Apriles,cum vnitas illis au reus numerus esset,& Romanorum prophanis binarius,initium mē sis Nisan & primi Hebreorum esse dixerunt,vt pote neomeniam ver noctio viciniorem,quod duodecimo Kalendas Apriles fieri pu= tabatur. Ab hoc,quo prædiximus modo,annos Hebreorum in Ro= mano Kalendario supputantes,initium mēsis Nisan primi Hebreo rum semper inuestigabant,prima dominica post quartamdecimam eius mensis pascha regulariter celebrantes.Sed non putabant conue= nire(quod Genadius testatur)vt vnquam obseruarent pascha ante decimam sextam mensis primi.eo quod certum sit,non ante decimā sextam primi mensis dominum resurrexisse a mortuis.Eapropter, si quando incidebat quartadecima primi mensis in sabbatum non celebrabant pascha proxima sequēte dominica,vt quæ in decimam quintam mensis incidebat,sed in aliam dominicam reijciebāt, hoc est, in vicesimam secundam eiusdem mensis. Incidit autem eis difficultas in initio mensis primi quando aureū numerum habebāt 16, aut. 5. Cum enim anni illi non essent eis embolismici, sed duodecim mēsium lunarium tantum,erat eisdem necessario initiū

primi mensis aut pridie aut tertio nonas Martias.quibus dicti nume ri i ecclesiastico eorū Kalēdario ascripti erāt,Eapropter & deciaquar ta luna primi mēsis quitodecio.aut decioquarto Kalēdas apriles.ante putatū ab illis vernale ęquinoctium,Quod si quādo accidebat,si tūc sequēs dñica i qua pascha debebat celebrari,seqbatur vernale ęquino ctiū celebrabāt i ea nihilominus pascha, quāuis quartadecima luna ei⁹ mēsis ęqnoctiū pręcederet,si autē quartadecia luna mēsis primi decimoquarto Kalendas Apriles existente, decimasexta eiusdem fuisset dies dominica,eam inidoneā pro paschali festiuitate iudican tes,vt præcedentem vernale ęquinoctium,paschalem celebrationē in secundum mēsem reijciebant.Hoc itaque modo primeua illa Ro mana ecclesia,tempus paschalis festiuitatis obseruauit.

PRędictam rationem paschalis celebritatis Romanorum,mini= me conuenire putabant Greci Alexandrini, & Aegiptij. Pri= mo, Quia contra rationem mensis primi esse crediderunt,eius pleni lunium, aut quartamdecimam diem præcedere vernum ęquino= ctium,quem tamen latinis pro mense primo necesse fuit frequenter accipere,Ipsorum cyclo lunari(quemadmodum deduximus)id exi gēte. Et secūdo,quoniā contra dñicū præceptū existimabāt esse,pa= scha nō mēse primo sed secūdo pascalē celebrare festiuitatē,quod eti am latinis interdum vsu venisse iam demonstrauimus. Postea ita que quam in vniuersali totius orbis Niceno cōsilio esset definitum non quartadecima mensis primi luna,sed dominica prima sequenti debere ab omnibus per vniuersum christianum orbem pascha cele= brari,Ne cyclorum paschalium diuersitas quę tum adhuc vigebat inter Græcos & Latinos iterum sectas pareret & diuisiones,& quo= niam Latinorum obseruatio ob ea quæ prædiximus non omniqua= que probabatur consilio,cōmissum est a patribus(quod & diuus Am brosius testatur in epistola ad episcopos per Emiliam constitutos) Eusebio Cesariensi Episcopo, in diuinis scripturis & mathe= maticis excercitatissimo,vt vna cum Alexandrinis pręsbiteris(qui tum in rerum cœlestium contemplatione mortalium omnium pe= ritissimi habebantur, & apud quos incorruptior paschalis obser= uatio ab apostolis tradita seruabatur) paschalem cyclum digere= ret Kalēdario inscribendum,quo vno,ecclesia vniuersa vteretur pro tempore paschalis celebrationis assequendo.Hij autem ad eum fer= me modum quo id ante a Iulio Cæsare factitatum erat,cyclum lu= narem annorum vndeuiginti digesserunt,quē ἐννεακαιδεκαετηρίδα dicebāt eosdem omnino dies aureis numeris signantes. Hoc tamen euita= bant ne

bant ne illa incommoda sequerentur ad istum cyclum, quę ad Roma num illum, quo eatenus Latini omnes vtebantur. Id quod minimo negotio sunt assecuti. Cum etenim annum salutis christianę.323.primum facerent cycli istius, quo anno Latinis aureus numerus erat septemdecim, euenit vt quando Latinis erat aureus numerus.16. aut 5,& ob id anni communes,& initium mensis primi pridie aut tertio Nonas Martias, Eusebio & Alezandrinis aureus numerus esset.19. aut.8.& ob hoc anni embolismici mensium tredecim,& initium mēsis primi non pridie aut tertio Nonas Martias, sed pridie aut tertio Nonas Apriles. Hoc pacto effecerunt, ne vnquam quartadecima luna primi mensis ab illis supputati posset euenire ante putatum ab eisdem vernale ęquinoctium, hoc est, ante duodecimum Kalendas Apriles, quē verno ęquinoctio deputabāt. Cyclus iste Eusebij & Alexandrinorum pro celebratione paschali erat omnino conuenientissimus, si duodecima Kalendas Apriles fuisset perpetua sedes vernalis ęquinoctij,& indicassent semper numeri huius cycli primas Lunas cuiusque mensis. Secundū hunc cyclum hic erat canon paschalis & facillimus. Quęcūque prima luna nata fuerit ab octauo Idus Martias ad pridie nonas Apriles, ipsa est initium mensis primi & paschalis, in quo dominica prima post quartamdecimam eiusdem, pascha celebrandum est. Hęc ergo erat ratio paschalis cycli ab Eusebio & Alexandrinis presbiteris ordinati ex commissione Nicenę synodi, quem statim secuta est omnis Gręcia, Aegiptus,& vniuersa fere oriētalis ecclesia. Sed Latini & occidentales, diu post non consenserunt Kalendarium suum immutari. Ita frequenter eueniebat, vt in mense integro discreparent, hij & illi in tempore paschalis celebrationis, Quę res nō semel dissensiones in ecclesia dei excitauit,& tunicam domini inconsutilem partita est. Inuenio his temporibus Iulium primum Romanum pontificem, doctrina & sanctitate insignem, cū orthodoxis patribus occidentalibus. tulisse grauiter hęc scismata occidue & Romanę ecclesię ab ecclesijs orientis, Quibus vt diuisiones iste tollerentur, placuit ad morem Alexandrinæ ecclesiæ, pascha celebrare. Constituerunt itaque vt præsul Alexandrinus Romanum pontificem, quotannis redderet certiorem quis dies quartusdecimus esset primi mensis,& quo die sacrum pascha immolari deberet,& ad eius iudicium, ipse id occidentalibus episcopis intimaret, Immo scribunt. B. Cyrillus in epistola quadam,& Beda de temporibus, in quadam synodo vniuersali hoc fuisse decretum,& ita annis plurimis obseruatum. Nihilo tamen minus ad pristinum aliquando Kalendarium & paschalem cyclum Latini postea redierūt,

 tam diffi-

tam difficile erit aſſueta relinquere. Poſt multas tandem ac varias contentiones, quas ex ordine recẽſere haud parũ moleſtum eſſet nec operę pręcium, Cum latinis plęriſque patribus ſanctitate & doctrina haud vulgari non probarentur incommoda illa quæ ad Latinorum paſchalem obſeruationem conſecuta fuiſſe ſupra oſtendimus; multoque videretur cõueniẽtior ratio obſeruationis paſchalis Aegiptiorũ, et tederet iam vniuerſos diutiſſime diſſentionis et ſciſmatis inter orientis occidentiſq; eccleſias, conſenſit Romana eccleſia in canonem paſchalem qui ab Alexandrinis obſeruabatur. quem Euſebius Ceſarieñ. Eps vna cum preſbiteris Alexandrinis, dato ſibi a Niceno cõſilio negotio, ante compoſuerat. Hunc Itaq; Euſebianũ & Alexandrinorum paſchalem cyclum Dionyſius quidam cognomento exiguus, abbas Romanus vtriuſq; lingue peritus circa annum domini 532 in Romanũ Kalendariũ trãſtulit. nulla oĩno in eo mutatione facta. niſi quantum ſupputationis ratio, ob diuerſa Kalendariorum initia exigebat. quem in hodiernum vſq; diem vniuerſalis eccleſia ĩ toto chriſtiano orbe obſeruat.

PROPOSITIO Vndecima Nõ ſatis cõſuluit Romanę eccleſię Dionyſius ille Abbas Alexandrinorum paſchalem cyclũ in Romanum Kalendarium trãſferens. Neq; hoc effecit vt vel tũc vel deinceps iuxta Apoſtolicam & Nicenæ ſynodi cõſtitutionem prima dominica poſt quartãdecimã menſis primi a Romana eccleſia paſchalis feſtiuitas celebraretur.

SI quidem Dionyſius ille annum circiter. 534. ſalutis noſtre Alexandrinorum & Euſebianum cyclum Kalendario noſtro inſcripſit, qui annis quidem proxime ſequentibus Nicenam ſynodũ, neomenias recte indicabat. Sed temporibus Dionyſij plus die integro defecit a vero, Nec primas, ſed ſecũdas iã lunas ĩdicauit, quod aſtronõicus calculus edocet promptiſſime, per quem inuenitur anno chriſti 325. qui fuit primus poſt Nicenam ſynodum (cuius aureum numerum. 3. fecerunt, ob cauſam quam in precedenti propoſitione explicauimus) fuiſſe luminarium coniunctionem ſecundum medium curſum, Kalendis Ianuarijs. 34. fere minutis ante meridiem Alexãdrię, q̃ q̃dẽ dies in Kalendario noſtro ex Alexandrino illo per Dionyſium ternario ſignatus eſt. Similiter anno ſecundo poſt Nycenã ſynodum, chriſtianę autem ſalutis. 326. cum eſſet aureus numerus. 4. accidit media luminarium coniunctio decimotertio Kalendas Februarias tribus horis ante meridiem Alexandrinã, quẽ diem in noſtro Kalen

stro Kalendario,4.insignitum vides,idem in proxime sequentibus annis inuenies ijs diebus fuisse medias luminarium coniunctiones ad meridianum Alexandrinum.quibus aurei numeri in nostris Kalendarijs sunt ascripti. Anno autē nostræ salutis.534.qui tertius erat ab anno quo per Dionisium Alexandrinus cyclus nostro Kalendario aptatus est,existente aureo numero,3.non fuit cōiunctio luminarium Kalendis Ianuarijs cui ternarius asscriptus est,sed pridie Kalēdas,horis.7.& minutis.37.post meridiem Alexandrie. Idem reperies in proximo sequentibus.Manifestum est ergo temporibus Dionisij cyclum lunarem Kalēdario nostro inscriptum iam vno die defecisse a vero. Præterea signauit Dionisius duodecimū Kalendas Apriles pro sede verni equinoctij,quod illo die esse non potuit,siue vernum equinoctium vulgarium more astronomorum accipiamus cum Sol inuenitur in tabulis in principio Arietis,siue verum equinoctium spectemus,ingressum videlicet solis iu vernalem sectionē ecliptic ę octauę & equatoris. Fuit enim secundum Alphonsinas tabulas ingressus Solis in caput Arietis primi tēporibus Dionisij Abbatis inter decimumquartum & decimumquintum Kalendas Apriles.In sectionē autē ecliptic ę octauę & equatoris adhuc ante,quod per decimam primi licet explorare. Euenit itaque frequenter,vt etiā Dionisij illius temporibus ecclesia secūdum illam supputationem paschalē festiuitatem celebrans, ab apostolica & Nicena illa cuius supra meminimus cōstitutione aberraret. Aliquādo quidem in diebus septem,quotiescūque videlicet quartadecima mēsis primi Dionisiaca illa supputatione in diem dominicam incidebat. Aliquādo autem in diebus duodetriginta vt quādocūque aureus numerus erat 8.aut.19. Aliquando vero in diebus trigintaquinque,quod illis accidit quoties aureo numero existente.8.aut.19,accidebat.14.luna primi,quem putabāt,mensis in diem dominicam.

PRæterea. Et si quā maxime indicasset cyclus ille decemnouenalis Eusebianus & Alexādrinorum medias luminarium coniunctiones,cum a Dionisii in Romanum Kalēdarium trāsferretur. Fuissetque obseruādus introitus Solis in caput Arietis primi pro vernali equinoctio,& illud accidisset duodecimo Kalendas Apriles. Hæc tamē om̄ia ab illis sedibus iam diu multumque essent remota. Continet siquidem lunaris cyclus decemnouenalis lunationes.235. quæ perficiūtur diebus.6939.horis.16.minutis.31.secūdis.56.tertijs 45.vt lunatio quælibet perficiatur diebus.29.horis.12.minutis.44. secūdis.3,tertijs.3. Nouemdecim autem solares anni Romani,vt habeat an

beat annus.365.dies cum quadrante,continent dies.6939.horas.18. excedunt igitur Romani anni vndeuiginti,lunationes.235.in hora vna,minutis,28.secundis.3.tertijs.15.Ea propter,in annis.19,necesse est coniunctiones luminarium sedes suas tantundem ante versum mutare, quequidem mutatio in.304.annis crescit fere ad diẽ vnũ. Si itaq; cyclus iste medias luminum coniunctiones recte indicasset Dionysij temporibus,hac nostra tẽpestate aliquanto plus tribus diebus a vero deficeret,quem iam cernimus,vt minimum,dies quinque aliquando autem.6,aberrare a vero.& indicare communiter lunam quintam,aliquoties etiam sextam. Ex quo & id quoq; consequitur quod ante deduximus,Hoc est,dictum cyclum fuisse erroneum etiam eo tempore,cum a Dionysio Calẽdario nostro inscriberetur.

Introitus quoq; Solis in Arietẽ primi,si fuisset temporibus illis duodecimo Kalendas Apriles,esset hac tempestate ad tertium Idus Martias,hoc est inter ipsum & proxime sequentem.Nam vera quãtitas anni solaris secundum Alphonsinam astronomiam(quam deinceps secuti sunt omnes)est hac nostra tempestate dierum.365.horarum.5.minutorum.49.secundorũ.16.minor nostro anno Romano vna cum suo quadrantali supplemento,minutis.10.secundis,44. Qua ratione necesse est Solis ingressum in caput Arietis,primi,aut aliud quoduis eclipticæ fixæ punctum, in annis nostris antecedere cõtinuo,& redire citius quã erat prius,hoc est,vt si sit hoc anno(verbi causa)Solis introitus in Arietẽ primi in meridie vndecimæ diei Martij,non redibit post annos quatuor elapsos,introitus Solis in idẽ Arietis initium in meridiem eiusdem diei,immo fere.43.minutis ante meridiem. Hæc anterioratio crescit in annis.134.ad vnũ ferme diem,tot enim anni nostri, totidem solares annos ĩ vno fere die, secundum Alphonsinam & recentiorum positionem superant.

A tẽporibus autẽ Dionysij ad nos vsq; mille circiter anni elapsi sunt,qui totidem solaribus annis,diebus septem & horis circiter vndecim sunt maiores. Si itaq; temporibus Dionisij Sol ingrediebatur in caput Arietis primi duodecimo Kalendas Apriles,hac tempestate ad tertium(vt diximus)Id9 Martias idem caput ingredi deberet,hoc est,inter decimumtertium & decimumquartum diẽ Martij. Quod tamen iam fieri inter sextum & quintum Idus eiusdẽ mẽsis Alphonsine te tabule docebunt. Qua ex re & id quoque manifestum est quod ante deduximus.Non accidisse Dionysij temporibus introitum Solis in caput Arietis primi duodecimo Kalendas Apriles,sed inter quartũdecimum & decimum quintum Kalendas mensis eiusdem.

Propositio

PROPOSITIO Duodecima. Pro Kalendarij nostri restitutione. Et vt pascha deinceps celebretur secundum apostolicam Niceneque synodi constitutionem, duobus facto opus est. Primum, vt vernali equinoctio vera sua sedes in Kalendario assignetur, remedio adhibito ne possit iterum a die constituta recedere. Secundum, vt cyclus lunaris correcte Kalendario inscribatur. Ea (si fieri possit) adiuncta cautela vt mensium Hebraicorum initia aut neomenias nobis indicet perpetuo sine errore.

SI enim hæc duo præstari potuerit, facillimum erit ecclesie, dominica prima post quartamdecimam mensis Nisan aut primi Hebraicorum mensium suum semper pascha celebrare.

PROPOSITIO tertia decima. Vt recte sentire mihi videntur qui hac in re equinoctium verum non medium obseruandũ putant, Ita nimis dormitare omnes quicunque de Kalendarij restitutione scripserunt, quorum tamen scripta videre contigit, tam secure accipientes pro verno equinoctio introitum Solis in caput Arietis primi. Cum palam sit ex habitudine motuum octaui orbis, quos explicant Alphonsinæ tabulæ si quis eos cogitatione comprehendat, rarissime fieri æquinoctium ingrediente Sole sub caput Arietis primi, Et iam demonstrauimus in eo libro quem de æquinoctiorum solsticiorumque inuentione conscripsimus, interesse plurimum, Neque potui satis admirari, quod nullum his scrupulum monuit Georgi9 Purbachius nostre tempestatis Astronomus clarissimus, in eo opere in quo cœlestium orbium motus eorumque habitudines explicauit. Qui tractatu vltimo eius libri Alphonsinam & recentiorum omnium astronomiam speculationemque de motu octaui orbis declarans, iterum iterumque affirmat, non semper quũ Sol in capite Arietis primi mobilis fuerit, æquinoctium vernum accidere, sed stare ipsum aut precessisse aut subsequi. Quod ideo magis miror ab illis aut dissimulatũ esse aut non animaduersum, quod omnes hij vt indubitatis, aut saltem, vt verioribus vtantur Alphõsinis tabulis, quas explicat clarissime Purbachius libro memorato.

PROPOSITIO decimaquarta. Si in hoc negotio medium equinoctium obseruandum duxerimus, Introitum videlicet Solis in Arietem primi, vt quod inuentio introitus Solis sub sectionẽ vernalem eclipticæ octauæ spheræ & equatoris inuentu forte difficilior putatur, multo etiam magis eiusdem in eadem sede perpetua conseruatio. Qua nam ratione sedes illi fixa in Kalendario constitui possit

tui poſſit & in eadem conſeruari perpetuo, breuiter explicare.

QVoniam hic agitur de celebratione eccleſiaſticarum ſolemnitatum, dies non aſtrologico, ſed eccleſiaſtico more a media nocte ad mediam noctem hic accipi conuenit, In qua diei acceptione nō accidit his tēporibus introitus Solis in caput Arietis primi infra limites vnius eiuſdēq; diei. Annis eni byſextilib⁹ fit circa meridiē decimę diei Martij, paulo ante, aut paulo poſt, ſecundum meridianorum diuerſitatem, ſimiliter & anno proximo ſequenti byſextilem, in toto fere orbe chriſtiano accidit hic introitus intra limites eiuſdem diei decimę, ſed duobus annis reliquis idem euenit die vndecima Martij. Eſſent itaque pro ſede huius introitus duo dies collocandi, non vnicus, Sed quoniam id commode fieri nequit, & ſequentibus annis, anticipante ſe ſemper hoc introitu, eueniet vt intra limites decimę diei Martij hic introitus Solis in Arietem fere ſemper accidet Nam poſt annum chriſtianę ſalutis. 1536. per totum fere orbem chriſtianum, quolibet anno byſextili & duobus ipſum ſequentibus erit introitus Solis in Arietem decimo die Martij, Nec niſi anno byſextilem precedente in vndecimam diem incidet, Quin & poſt annum 1569 vſque ad annum noſtrę ſalutis. 1604. in eundem ſemper diem, hoc eſt, in decimum Martij (ſi anni noſtri immutilati permaneāt) reuertetur, Poterit haud incongruenter dies vnicus, nempe decim⁹ Martij locari ſedes huius introitus Solis in Arietem, quod medium vernale ęquinoctium ſupra diximus. Hoc enim pacto prope verum prædictum introitum & putatiuum ęquinoctium ſempet aſſequemur, quamuis poſſit nonnunquam vnius diei error interuenire, quem hac in re, abſque culpa negligi poſſe crediderem. Nihil enim aliud incommodi afferre poterit niſi quod pro primo mēſe illū nonnunquam obſeruabimus, cuius quintadecima luna in verno ęquinoctio erit. Quod nullum omnino inconueniens eſſe exiſtimandum eſt, quum quartamdecimam Lunam menſis primi in ęquinoctio accidere poſſe confiteantur omnes, quartamdecimam autem lunam pro plenilunio accipiſſe etiam iudeorum doctiſſimos, teſtis eſt Ioſephus li. 3. anti. c. 12. Menſe inquit zantico, qui apud nos Niſan appellatur, id eſt anni principium, quartadecima, luna Soli oppoſita in Ariete &c, cuius verba prolixius recitamus propoſitione ſecunda. Ecce dicit quartadecima die primi menſis, & Luna Soli oppoſita, paſcha celebrandum eſſe iudeis ſecundum dominicum præceptum, Sed Luna raro quartadecima, ſed regulariter decimaquinta menſis primi eſt oppoſita ſoli, ſiue medium, ſiue verum curſum eius ſpectemus, Nul

mus,Nullũ ergo incõueniẽs estimare debemus,si deciaquinta men sis primi & paschalis in vernũ ęquinoctiũ possit aliquãdo incidere. Vnicus ergo,quod diximꝰ,dies pro sede verni ęquinoctij aut ĩtroitꝰ Solis in Arietẽ primi,haud incõgruẽter locabitur.Maxime,quoniã in his rebus nõ tã exactã astronomicã rationẽ obseruari oportet,quã aliquod regulare,quod prope verũ est, inuenire. Annorũ enĩ supputatiões regulares esse oportet.Aequinoctij autẽ dies est regula initij mẽsis primi & principij anni Hębraici cuius quartãdecimam lunã querimus,vt dñica prima post ipsam pascha celebremꝰ iuxta apostolicã & Niceni vniuersalis concilij cõstitutionẽ, Signande sedis huius in Kalendario,duo fere concepti sunt modi,Primus,vt pro ęquinoctio accipiatur decima dies Martij in qua hac tempestate Sol plęrumque ingreditur initium Arietis primi,Hoc pacto nulla mutatio fieret in Kalendario in collocatiõe festorum immobilium,nulla autem nouitas aut difficultas in tabulis astronomicis. Et si quę forte incommoda ex interualli breuitate acciderent, illis facillima ratione mederi & occurri posset,quemadmodum a multis prolixe explicatũ est. Accedit huic formule inquit Ioannes Stoefflerius in suo Kalendario Romano commoditas,Quod tempus quadragenarię abstinentię caderet in dies breuiores & temperatiores, quibus ieiunantes facilius a cibis abstinere possent, quam diebus calidioribus & vere iam propemodum adulto,Quod miror hominem in mathematicis diligentem alioqui,scribere potuisse,quasi si Iunius efficeretur mẽsis verni ęquinoctij.& constitueretur sedes vernalis ęquinoctij decima dies Iunij,quam hęc prima de qua agimus formula vult constitui decimam diem Martij,quasi inquam tunc longiores essent & estuosiores in verno ęquinoctio aut prope ipsũ ante aut post,ab hoc quod mẽsis vernalis appellaretur Iunius,q̃ si idẽ mẽsis diceretur Ianuarius aut Februarius.Quãtũ itaque attinet ad hãc cõmoditatẽ,dico quod ea nihil ꝑtinet ad hãc formulã cõstituẽde sedis verni ęquinoctij in Kalẽdario nostro,Siue enim cõstituamꝰ sedẽ verni ęquinoctij decimã Martii,siue vicesimãprimã eiusdẽ.Immo,seu primã Iunii aut Ianuarii eidẽ sedẽ eligamꝰ,modo celebremus pascha dominica prima post quartãdecimã eiꝰ mẽsis lunaris cuiꝰ neomẽia vicinior est verno ęqui.idem semper erit habitus dierum quadragenariæ abstinentię,hoc est eadẽ dierum noctiũque prolixitas estus &c, quoniã ęquo semper distabunt a verno ęquinoctio.aut a solsticiis,siue decima,siue vl.Mar.sedes.ęquinoctii fiat &c.Secũdꝰ modꝰ iubet ipsum restitui ad duodecimum kalendas Apriles in quo ipsum esse supponit paschalis supputatio qua iã vtitur vniuersa ecclia.Quod

fiet,ſi certo anni menſe omittantur dies vndecim in quibus anni no ſtri a prima illa conſtitutione veros annos ſolares ſupercreuerunt, ſic enim ſequētibus annis redibit hic introitus Solis in Arietem pri mi,in duodecimum Kalendas Apriles,hoc eſt, inter duodecimum & vndecimum,ſed plerumque in ipſum duodecimum. Hic modus nulla omnino incommoda inferret eccleſiaſtico officio hactenus conſueto,nullam nouitatem aut mutationem,ſed ſolum aſtrologicis tabulis difficultatis aliquid,quamuis permodice,ingereret.

ALiter idem fieri poſſet,ſi totidem dies intercalares annis ſequētibus qui ex ordine byſextiles eſſe deberent,omitterentur.Sed iſte mod9,tāetſi nōnullis valde placuerit,& Ioannes Stoeffleri9 ipſum probet prçceteris,mihi omnino incōueniens videtur. Nam vt prętereā quod quadragintaquatuor annis antiquū errorē eccleſia admitteret,omnino repugnat hic modus qualicunq; lunaris cycli reſtitutioni,quinimo,ſi iſtoc anno cyclus noſtro Kalendario inſcriptus repararetur quam exactiſſime,in quadraginta annis ſequentibus lunationes omnes ab aſſignatis locis vndecim fere dies retrocederent, Ita,vt aureus numerus qui anno pręſenti primā lunā iudicaret, poſt annos.40.non primam lunam,ſed decimānonam aut decimāoctauam lunationis precedentis annotaret.

COnſtituta altero prędictorū modorū,ſede introitus ſolis in Arietem aut putatiui ęquinoctii,in Kalendario, conſeruabitur perpetuo in eodem loco,ſi annus chriſti.1620.qui ſecundum ſuum ordinem byſextilis eſſe debet,fiat cōmunis.& deinceps anni noſtri vulgares veris ſolaribus adequentur Ad eum namq; annum dictus introitus ſolis in caput Arietis accidet fere ſemper decima die Martii, quāuis enim poſt annum.1604.continget in pleriſq; locis ſolem ingredi in Arietem annis byſextilibus paulo ante initium decimę & finem nonę diei/reliquis tamē annis omnibus idem accidet decima Martij.Poſt prędictū autem annū.1620.in toto fere orbe chriſtiano inciperet non ſolum byſextilibus ſed alijs etiam annis tranſferri dictus ſolis in Arietem ingreſſus in diem nonum Martij,& ideo tunc dies vnus intercalaris omittendus, eſt & coęquandi deinceps noſtri anni cum veris ſolaribus. Quamuis autem anni ſolaris quātitas a diuerſis diuerſa tradatur, Immo,ſi Alphonſo credimus, & recentiorum omnium poſitioni de motu octauæ ſpheræ, diuerſis temporibus vere diuerſa fuerit, Quę tamen hac tempeſtate ab Alphonſo putatur eſſe,& ab omnibus comprobatur, eſt quam ante diximus

te diximus,dies.365.hore.5.minu.49,secunda.16, Quo fit vt anni vulgares qui sunt dierum.365.horarum.6.excedant solares in.10.mi nutis.44.secundum,qui excessus in.134.annis ad diem vnum fere ac crescit. Quapropter,Si singulis.134.annis vnus qui ex suo ordine by sextilis esse deberet,fiat communis anni nostri ęquales reddetur so= laribus,& in eumdem semper diem reuertetur introitus Solis in ca= put Arietis primi,aut aliud quoduis fixę eclipticę punctum.

PROPOSITIO decimaquinta. Cum sit manifestum secū dum Alphonsinam Astronomiam & recentiorum omnium positionem de motibus octaui orbis non fieri vernum ęquinoctium ingrediente Sole in caput Arietis primi,sed cum ingreditur verna= lem sectionem eclipticæ mobilis octauæ spheræ& ęquatoris, Pa= lamque clamet Purbachius,& a nobis supra demonstratum sit,hæc rarissime conuenire,Si vero hoc vernali ęquinoctio in inuentione mensis primi & paschalis,vt merito debemus,vti voluerimus,quē= admodum eius sedes in Kalendario signari debeat,& conseruari ne a semel constituto loco digrediatur,patefacere.

Est hac tēpestate vernalis intersectio eclipticæ octauæ & ęqua toris cum principio vicesimi sexti gra. Piscium primi in eadē longitudine,præcedens caput Arietis primi quinque gra.in eclipti= ca octauæ aut solari itinere, quod ex decima propositione eius li= bri quem de ęquinoctiorum inuentione scripsimus euidens fiet. Est itaque hac tempestate sedes vernalis ęquinoctij inter quintum & sextum dies Martij,sicut sedem introitus Solis in Arietem primi esse inter decimū & vndecimū eiusdē iā diximus. Necesse erit igitur vel hunc quintum diem Matij sedem verni ęquinoctij in Kalendá rio ponere,vel si forte ob hoc,interuallum inter festa paschalia & na tiuitatis christianæ videbitur nimis breue,& minus vicinū fieri qua dragesimale ieiunium ad festa natiuitatis,aut si quę sint alia incom moda quę ex hoc forte orirētur, Possumus vti in hac re.secundo il= lo modo constituendę sedis putatiui ęquinoctij in Kalendario ,qui est,per omissionem aliquorum dierum certo mense anni, Vt si pla ceat duodecimum Kalendas Apriles fieri sedem vernalis ęquino= ctij,aliquo mense anni.16.dies omittantur,sicut illa iubet vndecim dies omitti vt eadem dies fiat sedes medij æquinoctij , aut introitus Solis in initium Arietis primi.

☞ Conseruatio veri huius verni æquinoctij in eadē sede sibi semel

 constitu=

constituta, haud est ita facilis, vt conseruatio ingressus Solis in caput Arietis primi in sibi semel deputata sede. Siquidem ingressus Solis in caput Arietis primi, in cœlo firmā sedem obtinet, quod autem in Kalendarijs nostris locum mutet & continuo sese anterius promoueat, sola causa est inęqualitas annorum nostrorum cum veris solaribus annis, quos cum inuicem coequauerimus (quod factu est facillimum cognita vera anni solaris quantitate) conseruabitur perpetuo ingressus iste in eodem loco, veluti in præcedenti propositione dictum est.

☞ Punctum autem vernalis ęquinoctij, hoc est, intersectio eclipticæ mobilis & ęquatoris, neque in cœlo firmam sedem obtinet, quēadmodū ī prīa pte libri de ęq̄no. inuētiōe demōstrauim⁹, Neq; etiā est eius in cœlo variatio vniformis aut perpetuo ęqualis, neque ī eundem modum, sed aliquando est secundum signorum ordinem, & retardatur reditus solis in ipsum, aliquoties vero retrocedit in contrariū ordinis signorum, & ita citius ad ipsum reuertitur sol, Qua de re nō eadē semper veri solaris anni q̄titatis manet vt annus solaris sit hoc tempus qui sol recedens ab aliquo punctorum ęqualitatis aut solsticialium ad idem reuertitur, Ita eni variis temporibus varia est anni q̄titas inuenta. Est pręterea huius puncti vernalis in cœlo variatio maior aut velocior in vna reuolutione parui circuli q̄ in alia, quod facile demonstrari posset ex qualitate motus octauę sphęrę, translato, quo ad diuersas reuolutiones motus accessus, Alphōsino calculo, ad mathēaticā euidētiā, & geometricū typum. Accedit ad difficultatē negotii, quod a nemine sit aliqua via ad hāc rē patefacta, Immo quod mireris maxime, quū oēs sectentur Alphonsinam astronomiā & illius astronomicas tabulas ī prima auctoritate habeāt, ex quibus est euidens, vernum æquinoctium cum introitu Solis in Arietē primi coincidere rarissime, omnes tamen videas introitū solis in Arietem primi, sine quocunq; scrupulo, pro verno ęquinoctio obseruare

☞ Conabimur tamē inuestigare si quoquo modo conseruari possit in eadem sede introitus solis prędictus in mobilem hanc vernalem sectionem eclipticæ octauę & ęquatoris.

☞ Pro quo aduertendum est primo Quod existente capite mobili Arietis in puncto parui circuli maxime latitudinis borealis, vernale punctum distat maxime a capite Arietis primi. & præcedit ipsū Ab eo loco, vsq; dum caput mobile peruenit motu accessiōis ad pūctū maxime latitudinis austrinę in circulo ꝑuo, ꝑpetuo mouet͛ hęc vernalis sectio eclipticę octauę & ęquatoris secūdū ordinē signorū &

in contra

in contrarium motus mundi,describens in ęquatore arcum.44.graduum,cui respondet in ecliptica octauæ aut solari itinere arcus graduum.42.inter duos circulos per polos eclipticæ & extremitates dicti arcus ęquatoris interceptus,quemadmodum ex quinta,sexta,septima, & octaua, propositionibus libri de æquinoctiorum inuentione manifestum est. Tempus autem quo vernale pūctum dictum arcum ęquatoris describit,est,quod respondet in tabulis Alphonsinis motui accessus capitis Arietis mobilis a puncto parui circuli maxime latitudinis septentrionalis ad punctum eidem oppositum, latitudinis videlicet maximę meridianę,estque annorum.3500.Et dum hanc medietatem parui circuli a puncto latitudinis septentrionalis,ad punctum illi constitutum e diametro describit caput mobile,augentur perpetuo solares anni,tardius semper redeunte sole ad vernalem sectionem eclipticæ octauæ & ęquatoris quam ad aliud quoduis fixæ eclipticæ pūctum. In prædicto itaque annorum numero, si anni vulgares ęquales essent vni solis circuitioni,aut tempori quo redit Sol ad caput Arietis primi,seu aliud quoduis fixæ eclipticæ pnnctum(quod tempus constat semper esse ęquale, & manere inuariatum cum reuolutiones Solis sint ęque sibi inuicem)retardaretur vernale ęquinoctium quantum respondet motui Solis in arcu eclipticæ.42.graduum circa punctum vernalis ęquinoctij,duo videlicet & quadraginta dies cum dimidio circiter. Sed anni nostri vulgares.3500.superant totidem Solis circuitus(si Alphonso credimus)diebus.26.horis fere tribus,Quibus subtractis a diebus,quadraginta duobus cum dimidio relinquuntur dies.16,hore.9.quibus retardatur introitus Solis in sectionem eclipticæ octauæ & ęquatoris in prædicto annorum numero,hoc est,in annis.3500.quos dies & horas si ęqualiter partiamur in numerum annorum prædictum,proueniet singulis,219. annis dies vnus fere , quo retardatur introitus Solis in sectionem eclipticæ octauæ & ęquatoris in totidem annis. Nisi fabula sit Alphonsina & recentiorum omnium Astronomia,nisi vane astronomice tabule quibus iam vtuntur vniuersi. Conseruaretur itaque vernale ęquinoctium in eadem sede sibi semel constituta,si in.219.annis vnum qui ex ordine communis est, bysextilem faceremus,quod verum si motus huius vernalis puncti esset vniformis & ęque velox in arcu.44.graduum æquatoris prædicto,quem ecliptica mobilis in duabus sui positionibus quibus paruos circulos contingit, ab ęquatore abscindit, Quod constat longe aliter se habere. Manifestum est enim ex

qualitate motus acceſſus octauæ ſpheræ, motum vernalis puncti in arcu ęquatoris prædicto multo velociorem eſſe, exiſtentibus capitibus Arietis & Libræ mobilibus circa puncta paruorum circulorum carentia latitudine, tardiorem vero, cum ſunt eadem mobilia capita prope puncta eorumdem circellorum latitudinis maxime. Qua ratione fiet, vt in.230. annis iam ſequentibus retardabitur dictus Solis ingreſſus in vernalem ſectionem eclipticæ octauæ & ęquatoris pl9 tribus diebus. Siquidē anno chriſtianę ſalutis.1750. ſecundū Alphōſinū calculū coniungetur interſectio prædicta eclipticæ octauæ & ęquatoris (quod punctum verni ęquinoctij ſupra demonſtrauim9) cum capite Arietis primi, tūc enim medius motus acceſſus erit quadrans circuli, & caput mobile Arietis, in ſuperficie eclipticæ nonæ, quapropter & ſuperficies eclipticarum omnium coniungentur, & in eodem puncto interſecabit ęquator eclipticas omnes, quod ex tertia & quarta propoſitionibus libri de ęquinoctiorum inuētione euidēs eſt. Erit autem tunc ingreſſus Solis in caput Arietis primi die octaua Martij annis byſextilibus, ergo eodem die vernale ęquinoctium fieri indubitatum eſt, hora circiter decima poſt meridiē, eius loci, in quo idem nunc accidere in annis byſextilibus, hora vna poſt meridiem quintę diei Martij, ex decima prędicti libri manifeſtū eſt Deſcribet itaque vernale punctum in numero annorū tam exiguo arcum ęquatoris graduū quinque. cū ex decima libri mēorati ipſum quinque gradibus diſtare hac tempeſtate a capite Arietis primi, manifeſtum cuique eſſe poſſit. Et retardabitur tribus diebus & nouem circiter horis, quantum in alijs mille, immo fere duobus milibus annis, cum capita mobilia ſunt circa puncta latitudinum paruorum circulorum, moueri non poſſet. Quanto enim capita mobilia Arietis & Libræ maiorem habuerint latitudinem ab ecliptica nonæ & primi, tāto tardior eſt & inſenſibilior variatio vernalis pūcti in cœlo Quanto autem dictorum capitum mobilium fuerit minor latitudo, tanto etiam velocior eſt & perceptibilior variatio vernalis ſectionis eclipticæ octauæ & ęquatoris in cœlo.

☞ Prædicta itaque vernalis ęquinoctij in eadem ſede conſeruatio, per additionē videlicet vnius diei ad ſingulas.219.annos eo quo diximus modo, admitteret frequēter errorem duorum, trium, quatuor immo & quinque dierum, quamuis error ille in annis ſequentibus ſe ipſum corrigeret & rediret tandem ad verum, vſque ad annū noſtrę ſalutis.3516, Poſtquē incipiet pūctū vernale reuerti ī arcu illo ęquatoris gra.44. quē deſcribit motu acceſſiōis & redire cōtra ſignorū ordinē. Et deinceps multo plus & citius anticipabitur ſedes eius in Kalendarijs

lendarijs nostris quam nunc retardetur, Adiuuante ad id excessu an norum nostrorum vulgarium super annos solares.

VEriorítaque & exactior conseruatio vernalis ęquinoctij in sibi assignata semel sede fieret, si vsque ad annũ christi.3516.toties addamus diem vnum ad annos communes quoties id necessitas exigit. Hoc est, si annus,1601.qui ex ordine communis est, fiat bysextilis, idemque in sequentibus hic ordine enumeratis.1671,1731.1791.1861.1941.2041.2241.2541.2941,3515.Post quem annũ ter millesimum quingentesimum quintumdecimum, haud erit opus plures dies intercalare præter bysextiles ad vernale ęquinoctium in constituta sede conseruandum, immo oportebit frequentes annos ex ordine suo bysextiles, facere communes. Sed satis fuerit fortassis ad annos vsque prædictos Kalendarium restituisse. Nam restant adhuc bis mille anni, Quod si mundus vixerit diutius, poterunt facile qui tunc futuri sunt temporibus suis consulere, & modum inuenire ęquinoctij in sua sede conseruandi, vt quibus iam per præcessores ianua ad id patefacta erit.

PROPOSITIO decimasexta. Nec Iudeis, nec Christianis vlla vnquam luminum oppositio, seu media, seu vera, obseruãda fuit, vt pascha legitime celebrarent, Neque etiam luminarium cõiunctio aliqua nisi media tãtũ pro initijs Hębraicorũ mensiũ cognoscendis. Nam vere luminum coniunctiones nihil prorsus ad hanc rem pertinent.

SVnt qui in hac re veras luminarium coniunctiones obseruari volunt, non medias, & mensem primum ac paschalem putãt inchoari debere a vera luminum coniunctione.quę vicinior est verno ęquinoctio. Sed & quartamdecimam primi mensis, post quam, dominica prima, a nobis pascha celebrandum est, affirmant esse debere veram luminarium oppositionem, ecclesiam autem non sine manifestarijs erroribus secutam esse mediam oppositionẽ luminarium pro oppositione paschali, immo deridendam se ea in re præbuisse, Hæc prolixe Ioannes Stœfflerius in suo Kalendario, propositione.39.vbi dicit hanc positionem aut edissertationem (vt eius verbis vtar) cum plures viros luculentissimos Leoni decimo pontifici Maximo & doctissimis patribus sacri Lateranensis concilij obtulisse, se etiam scripsisse propositione quinta earum quas hac de re consilio obtulit, in hunc modum Opere pręcium erit omnem paschalem computũ,

a veris motibus luminarium elicere. Eccleſia enim propter chriſtũ ſuum caput, qui eſt veritas & lux vera, debet veritati, perfectioni & vero ſplendori inniti. Nullis rugis, plicis, imperfectionibus, & tenebris labefactari &c. Et ne ſine ratione hæc docere videretur quin que rationibus demonſtrat Veram luminarium oppoſitionem pro paſchali celebratione obſeruari oportere, quas poſt breuiſſime & an notabimus & diſſoluemus.

☞Hæc autem contra inſtitutum alioqui noſtrum, aliena, paulo latius tractanda cenſuimus, quia ſententiam prædictam, iudicio certe noſtro longiſſime aberrantem vero, obtinuiſſe nuper in Lateranenſis concilio, & placuiſſe patribus, ex pontificio tuę ſanctitatis diplomate cognouimus, quo Louanienſi academie (vbi in theologica tũ paleſtra exercitabamur) ſcripſerat. T. S. quę patribus dicti concilij viſa erant pro reſtitutione Kalendarij commodiſſima, vt diſcuterentur diligentius, & maturius deliberata cõſtituerentur. In quo inter cetera multa id quoque aſcriptum erat, ad lunaris cycli reſtitutionem pertinens, Quoniam cyclus magnam difficultatem habet & varietatem in ſeruanda perpetuitate ſua, & eius conſeruatio, poſt ſufficientem eius reparationem, foret, ſingulis. 304. annis vnicum diem omittere, quę conſeruatio non ſtaret cum prædicta ęquinoctij conſeruatione, propter quam. ſingulis. 134. annis dies vnus omitti debet, cõſultius videretur ad paſchalem lunam indagendam, tabulis dũtaxat aſtronomicis vti, In quibus ad mille annos computetur & deſcribatur Luna paſchalis, & in principio Kalendarij ponatur, Sed ne eccleſia, quę tanto tempore aureo numero vſa eſt, videatur eo priuari, reparetur nunc cyclus ad annos. 304. aut ſaltem ad annos. 134. quod factu facile eſt, & Calendario correctus de more inſcribatur, duplici tamen hac proteſtatione præmiſſa, Altera, vt poſt lapſum dictorum annorum iterum corrigatur ab eccleſia per ſapientes. Altera vero, vt interim quandocunque in cyclo & tabulis pręd ictis in luna paſchali diſcordia interceſſerit, pręciſiori tabularum ſupputationi ab omnibus ſtari debeat. Hactenus diplomatis verba recitauimus. Ex quibus illud liquet quod ante diximus, in Lateranenſi nuper acto concilio eam opinionem pręualuiſſe, vt vere luminarium coniunctiões & oppoſitiones ex tabulis aſtronomicis obſeruari deberẽt pro paſchali ſolemnitate rite celebranda iuxta apoſtolicam, quam explicauimus, & Nicenę ſynodi conſtitutionem.

☞Sed iam vt oſtendamus hanc ſententiam plurimum abeſſe a vero, Aſtruamusque veritatem propoſitionis noſtrę, quę huic e diametro aduer=

tro aduersatur, Primum palam faciemus Nec Iudæos vt secundum Mosaycam legem, nec christianos, vt secundum patrum & Nicenę synodi decreta pascha suum legittime celebrent, seu verę, seu medię luminarium oppositionis vllam rationem habere debere, quas tamen solas Ioannes Stofflerius in Kalendario suo putat obseruandas, Qui in tabella sua paschali, (quam veluti formulam exhibuit eius tabulæ quam voluit in frontispicio Kalendariorum collocari, ad annos mille supputatam) omnes paschales oppositiones tam medias quam veras annotauit, in annos septem & sexaginta ad meridianum Tubugensem, Coniunctionum paschalium nullam prorsus mentionem faciens, Quod sane miror haud mediocriter. Nam Iudęis, quod ad hanc rem attinet, nihil aliud pręceptum erat a domino per Moysen, quam vt mense primo & eius quartadecima die immolarent pascha, quemadmodum ex prima propositione constat. Quamuis autē ob id quod lunaribus tantū mensibus annū supputabant, necesse erat eis pro mensium initijs neomenias aut coniunctiones luminarium obseruare, & pro mense primo, ac anni initio, vernū ęquinoctium, veluti propositione secunda latius explicauimus, De oppositione tamen luminarium nullum omnino verbum dictū est, tantum vt quartadecima die mensis Nisan, qui primus illis est, pascha celebrarent, pro qua quartadecima die inueniēda neutiquam erat opus aliqua aut medię, aut verę oppositionis luminum obseruatione, Neque fingi potest, dominum & Moysen per quartamdecimam Lunam primi mensis, luminarium oppositionem intellexisse quasi aut deo aut Moysi, ratio lunaris circuitus fuisset ignorata. Constat enim mediam oppositionem luminarium nunquam quartadecima luna accidere veram autem admodum rarenter, Immo frequentius decima sexta luna, quam decima quarta, plęrumque decimaquinta, Nec ideo licuit Iudęis differre pascha suum in decimā quintam, aut decimam sextam diem primi mensis. & solemnitatem Azimorum in diem decimamseptimam, quod oppositio mensis primi in quintamdecimam, aut decimamsextam differretur, quin semper quartadecima primi mensis immolare pascha lege iubebātur, & quintadecima celebrare solemnitatem azimorum, nulla oppositionis luminarium facta mentione. Quod si mihi obijcias Iosephi verba, quę supra retulimus propositione secunda ex li.3. antiqui. quibus dicit Iudęis præceptum esse a domino vt immolarent phaze quartadecima mensis primi Luna Soli opposita in Ariete. Dico quidem quartadecima die cuiusque lunaris mensis Lunam oppositioni propinquā

propinquam eſſe,& ita toto ſemper orbe luminis ſui radiaſſe quan-
docunque a Iudeis phaze immolabatur,ſed quod quartadecima il-
la die accidiſſet aut media aut vera luminarium oppoſitio rariſſime
eueniebat. Manifeſtum eſt ergo,quod per quartamdecimam di
em menſis premi,qua iuſſi ſunt Iudei immolare phaze domino,dies
mediæ aut veræ oppoſitionis luminum minime intelligi aut debeat
aut poſſit. Cum autem iuxta ſacroſanctę Nicenæ totius orbis conci
lij cõſtitutionem a chriſtianis paſcha debeat celebrari dominica pri
ma poſt quartamdecimam primi Hebraicorum menſium.Manife-
ſtum quoque eſt chriſtianis nihilo plus quam Iudeis opus eſſe aliqua
oppoſitionum luminarium obſeruatione,cognita enim quartadeci
ma primi menſis Hebreorum(ad quam,nec mediam,nec veram lu-
minum oppoſitionem quicquam pertinere iam demonſtratum eſt)
Ignorari non poteſt dominica proxime ipſam ſequens. Quid ita
que cum ſuis paſchalibus oppoſitionibus Stofflerus velit haud ſa-
tis intelligo.

PRæterea Quod non debeant Iudei nec Chriſtiani veras lumi-
num coniunctiones obſeruare pro paſchate ſuo legitime cele-
brando,ſed medias tantum hand obſcurius oſtendemus. Nam vt
ante diximus,nihil aliud(quod ad tempus attinet celebrationis paſ
chalis)Iudeis a domino per Moyſen præceptum erat,quam vt quar
tadecima die primi menſis ſui celebrarent paſcha,De obſeruatione
coniunctionis luminarium ſeu veræ,ſeu mediæ,nihil ſpecialiter di
ctum eſt,Pro menſe tantum primo iubebantur obſeruare verni pri-
mum temporis Deutro.16,Sed iudei in menſium ſupputatione &
pro initijs eorumdem,neutiquam veras ſed medias luminarium con
iunctiones obſeruabãt,vt propoſitiõe ſecunda latius explicauimus,
Pro inuentione ergo quartedecimæ primi menſis nihil opus habe-
bant obſeruatione verarum coniunctionum luminarium ex aſtro-
nomicis tabulis,quemadmodum ſommant prædicti,Quod ſi dicas
rectius facturos fuiſſe ſi in menſium ſuorum ſupputatione veras nõ
medias luminarium coniunctiones obſeruaſſent,Primum quantum
ad hanc rem attinet,non improbauit deus Hebraicam menſium &
annorum ſupputationem,nec aliter quam ſolebãt eos ſupputare præ
cepit,niſi quod menſem Niſan quo eos eduxit ex Aegipto, omnibꝰ
Aegiptiorum primogenitis interfectis principium menſium & pri
mum in menſibus anni eſſe voluit,& eius quartadecima die ritu ſem
piterno ab illis phaze domino immolari.Ita enim locutus eſt domi-
nus ad Moyſem & Aaron in terra Aegipti Exo.12,Menſis iſte vo-
bis prin-

cipium mensium primus erit in mensibus anni, Loquimini ad vni= uersum cœtum filiorum Israel & dicite eis,decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias ac domos suas, & seruabitis eum vsque ad quartamdecimam mensis huius,immolabitque eum vniuersa turba filiorum Israel ad vesperam,&c. Vides quod semper dicat mensis iste,decimo mēsis huius,quartadecima mēsis huius,&c nullam nouam docens mensium supputationem,non reprehēdens vulgarē illā & antiquam,aut immutās,sed poti9 approbans. Cū enī quartadecima primi mensis pascha immolare pręcepit,loquebatur haud dubie de mensibus vt vulgo ab hebreis supputabātur,quod ma nifeste indicant hec verba,mensis iste,decima mensis huius,quarta= decima mēsis huius. Ita vbique locutus est dominus,pręceptum hoc paschalis celebrationis subinde inculcās & repetens,vt Leui.23,Nu. 9.&.28. Quid enim ex his verbis populus rudis & indoctus aliud in= telligere potuisset, quam decima die eius mensis quo hoc a domino pręcipiebatur.vt vulgo menses supputabantur, tollendū esse agnū, & quartadecima immolandum &c. Nihil enim est dubium, si aliā aliquam ab ea qua vulgo vtebantur mensium rationem in ea re eos sequi voluisset eam docuisset,pręsertim cum & rudi & indocto po= pulo loqueretur. Cum itaque manifestum sit vulgarem hebręorū supputationem secutum esse dominum,cum eis pręciperet vt quar= tadecima die primi mensis ritu sempiterno immolarent phaze,mi= nime immolassent pascha legittimū, si secundum suū & proprium sensum quartadecima id die a vera luminū coniunctione immola= re voluissent, Quandoquidem quartadecima dies a vera luminum coniunctione non est semper quartadecima mensis primi, sed non= nūquam decima tertia eius mensis,aliquando etiam decimaquinta At quartadecima die primi mensis lex pręcipit pascha imolari,nō quartadecima die a vero luminarium coitu. De coitu enim luminū aut eorum diametro nullum omnino verbū in lege dictum est, Deinde, quam est illud verisimile, voluisse deum hebreos suos mē ses a veris luminarium non medijs coniunctionibus initia sume= re, Hoc est,indoctos,rudes,litterarum ignaros,omnes esse astrono= mos,& astronomicas semper tabulas in manibus habere,vt inde mē ses,annos,& tēpora sua supputarent. Postremo, Quamuis nationes plurime lunaribus tantum mensibus annos ac tēpora supputauerint nulla tamē vnquam gens aut natio in mensiū lunariū supputaciōe veras luminum coniunctiones est secuta,quoniamquidem tempo= ra in quibus luna separans se a coitu solis ad eundem reuertitur neu= tiquam

tiquam ſunt ęqualia,ſed maiora nunc,nūc vero minora,Neceſſe eſt autem in temporum,annorum,& menſium ſupputationibus certū aliquod,regulare,ac vniforme ſequi.Ea propter,omnes nationes quę lunaribus menſibus annos ſuos digeſſerint,menſem vnum ſupputauerunt,non a vero luminarium coitu vſque dum iterum coniugantur,quandoquidem nec ea tempora inter ſe conueniunt,nec vulgo cognoſci poſſunt,nempe non abſque aſtronomicis tabulis,ſed a media luminum cōiunctione ad mediam proximam. Cum itaque hebrei nec menſem Niſan, primum ſilicet & paſchalem,nec menſes reliquos a veris luminarium coniunctionibus ſupputauerint vnquam aut ſupputare debuerint,ſed a medijs tantum,nihil prorſus neceſſaria erat illis,ſed inutilis penitus,obſeruatio vere coniunctionis luminarium pro tempore paſchalis ſolemnitatis inueniendo, vt quę nihil conferebat nec ad inuentionem primi menſis nec quartedecime eiuſdem.Nihilo etiā magis neceſſaria aut vtilis eſſe poteſt chriſtianis pro tempore legittimo paſchalis ſue ſolemnitatis inueniēdo, cū chriſtianis iuxta decretum Niceni conſilij,vt ſupra oſtendimus,ſit paſcha celebrandum dominica prima poſt quartamdecimam primi menſis Hebraici. Si enim ad quartamdecimam eius menſis inueniendam nihil omnino ſeruiat veras luminarium coniunctiones obſeruare,nihil quoque ſeruire poterit ad dominicam primam cognoſcendam quę illam quartamdecimam proxime ſequitur.

MAnifeſta eſt igitur propoſitio noſtra, Quod neque Chriſtianis nec Iudeis nulla vnquam oppoſitio luminarium obſeruanda fuit,vt paſcha legitimum celebrarent,Nec etiam aliqua luminū coniunctio niſi media tantum, pro initiis Hębraicorum menſium cognoſcendis, Quodque vera coniunctio nihil ad hanc rem pertineat.

REſtat nunc quam pauciſſimis annotare & diſſoluere rationes Stoefflerini quibus ſuam poſitionem propoſitioni noſtrę contradicentem aſtruit,Quod ſcilicet ſit neceſſarium eccleſię veros luminarium motus,& præcipue oppoſitiones,obſeruare,vt poſſit legitime & iuxta ſanctæ Nicenæ ſynodi conſtitutionem paſcha celebrare.

PRima eius ratio eſt iſta,Debet obſeruari verū vernale ęquinoctiū pro inueſtigatiōe mēſis paſchalis,ergo & oppoſitio paſchalis vera non media luminū oppoſitio eſſe debet,Sed hęc ratio male concludit a ſimili,quoniam vt iam palam fecimus,nulla eſt paſchalis oppoſitio,nec media nec vera,vt itaque demus verum quam medium ęqui

dium ęquinoctium obseruari conuenientius pro initio primi & paschalis mensis inueniendo, quod ergo vera oppositio luminarium obseruari debeat, non magis consequitur, quam quod eorũdem aut hexagona, aut tetragona, seu queuis alia habitudo. Quod enim verum vernale ęquinoctium pro paschali solemnitate celebranda debeamus obseruare lex nos docuit, quę sic dicit Deutro. 16. Obserua mẽsem nouarum frugum & verni primum temporis vt facias phaze domino deo tuo. Manifestum est autem, primum verni temporis, vernale ęquinoctiũ esse, non medium, sed verum, De oppositione luminarium, seu media, seu vera obseruanda, nullum omnino verbum dictum est, Quod itaque nihil ad rem facit, scrupulosissime obseruari præcipit Stoefflerinus, & cum eo plurimi, quod autem etiam eorum cõfessione pręcipue obseruandum erat, vernale scilicet ęquinoctiũ verum, non obseruant, sed medium tantum, nam introitum Solis in Arietem primi, quem non facere vernale ęquinoctium palam testatur Purbachius, clamatque Alphonsina & recentiorum omnium astronomia, & a nobis libro primo demonstratum est.

HAud multo melior est secũda eius ratio qua ratiocinatur hoc pacto. Natura appetimus perfectiora, sed vere luminarium cõiunctiones & oppositiones perfecte sunt, mediocres autem imperfecte, quare merito profecte in huius dignissimi festi celebratiõe sunt assumende & mediocres imperfecte relinquende. Sed quid? Si quicquam monstretur perfectius veris luminarium coniunctionibus nunquid & illud assumendum obseruandumque erit in huius dignissimę festiuitatis celebratione? Non omnia quę perfectiora sunt vbique magis congruunt. Quibusdẽ in rebus vilissima quęque preciosissimis præferuntur. Alicubi aquam vino optio præeligimus, & lutum ad nonnulla aut si quid luto vilius esse potest aureo argentoque magis conducit. Præceptum est Iudeis vt die quartadecima primi mensis, Nobis autem vt dominica prima post illam quartamdecimam pascha celebremus, de luminum coniunctionibus oppositionibusve obseruãdis nihil omnino dictum est, Quorsum ergo coitus veros aut diametrationes luminarium in hanc rem obseruabimus? nisi nouum canonem de paschalis celebrationis tempore constituere voluerimus. Vt enim apostolicæ & sanctæ Nicenæ vniuersalis synodi constitutioni obsequamur, nullo alio opus est, quam vt pascha celebremus dominica prima post quartãdecimã primi Hebraicorũ mensium, ad cuius inuentionem, nulla luminum oppositio, nulla etiam vera coniunctio conducit,

ſed media tantum, quemadmodum ſupra probauimus.

HVic rationi ſimilis eſt tertia eius quam ſubdit verboſiſſime, cuius hæc eſt tota ſubſtantia. Media coniunctio luminarium non eſt reuera coniunctio, ſed imaginatione tãtum noſtra, & mathematicorum fictione, Quis igitur, inquit, niſi amens hæc & alia multa & præcipue, ſacri paſchæ celebrationem medijs tribuat motibus, quę veris ſecundum veritatem tribuenda ſunt, Sed ſuſtine queſo paululum vehementiam tuam, bone Stoeffler, quin potius vide, ne forte illud in te conueniat quod inquit ſapiens ille concionator. Sedet in via ſtultus ambulans, & cum ipſe inſipiens ſit omnes ſtultos eſtimat. Ego nec mediæ nec veræ coniunctioni luminarium ſancti paſchæ celebrationem tribuo, ſed inſtitutioni diuinæ apoſtolicæ & generalium totius orbis conſiliorum, quibus ſtatutum eſt vt celebremus paſcha dominica prima poſt quartamdecimam primi Hebraicorum mẽſium, quam per medias illas, imaginarias, & ficticias coniunctiones luminarium inuenimus, vt que Hebreis ſunt menſium initia, veræ autem coniunctiones quantumuis perfecte ſint, nihil ad eam rem nobis ſeruiunt,

QVarta ei⁹ ratio nihilo pręcedẽtib⁹ melior hęc eſt Luna ꝑfecta integra, & pleno ſui orbis circulo radians, digne teſtificari debet ſuper hoc celeberrimo feſto paſchali, Sed eſt ſolum perfecta & integra in oppoſitiõe vera, cum e diametro Soli obijcitur & haud quaquam in oppoſitione media in qua centrum corporis lunaris diſtat a centro Solaris corporis & nondũ tota eſt lumine repleta. Si hoc lex diceret, quod luna pleno ſui orbis circulo radians, teſtificari debeat ſuper paſchali feſtiuitate, crederem vtique, Sed cum præcipiat lex quartadecima primi menſis celebrari paſcha, de plenilunij teſtificatione aut luminum oppoſitione nullam omnino mentionem faciat, malo legi credere, & deo, qui per Moyſen & legem locutus eſt, quam Stoefflerini & aliorum ſomniis. De illo namque præcipua hic inter nos queſtio vertitur, quod ille vt probet, in ratione tanquam indubitatum aſſumit. Sed & hoc nimis ſupine & inaduertentur, Cum hoc pacto ſubſumit Solum perfecta & integra eſt Luna in vera oppoſitione cum e diametro Soli obijcitur, & haud quaquam in oppoſitione media in qua centrum corporis lunaris diſtat a centro ſolaris, corporis quaſi in vera oppoſitione non diſtaret centrum lunaris corporis a centro Solis, cum toto cœlo diſtent & quantum poſſunt maxime queęcunque in ſphęra e diametro ſibi conſtituuntur.

☞ Quinta & vltima ratio eſt iſta. Oppoſitiones medie non ſunt

conuenientes in huius paschalis sacri obseruatione, Contingi enim oppositionem veram precedere vernale æquinoctium & sequi mediam, contra etiam etiam præcedere mediam sequi autem veram, quum inter mediam & veram oppositionem hore quatuordecim interuenire possint, & ita contingit eligere oppositionem nō conuenientem pro obseruatione paschali, vt que reuera æquinoctiū præcedit pro conuenienti, quia creditur equinoctium sequi, similiter & oppositionem idoneam reijcere nonnunquam, quia creditur præcedere equinoctium quæ tamen sequitur, Sed hæc ratio iterum assumit & ponit vt indubitatum quod præcipue demonstrandum erat, videlicet solam veram oppositionem luminarium obseruandam esse pro tempore celebratiōis paschalis. Quamuis enim nihil contra nos faciat quod hac ratione cupit commonstrare, videlicet non conuenire mediarum oppositionum obseruationem pro tēre paschalis celebrationis inueniēdo, qui supra probauimus nec medias nec veras oppositiōes quicquam ad eam rem pertinere. Si quis tamen contenderet non veras sed medias oppositiones hic obseruari debere, quod nos supra de coniunctionibus demonstrauimus, neutiquam hac ratione conuinceretur. que accipit non probat, veram non mediam oppositionem luminarium hac in re conuenientem esse.

PROPOSITIO decima septima, Quis cyclus lunaris magis conueniat pro decima quarta primi mensis Hebreorum inuenienda perscrutari.

PRopositione precedenti euidens factum est, quod sit necessarium ecclesiæ medias non veras luminarium coniunctiones obseruare, vt legittimo tempore & secundum apostolicam ac Nicene synodi constitutionem possit paschalem festiuitatem celebrare. Querimus iam cyclū aliquem lunarem qui Romanis annis magis congruat, per quem Kalendario inscriptum neomenias seu medias coniunctiones luminarium (que mensium sunt Hebraicorū initia.) faciliter inuenire poterimus, ita enim perducemur facillime in noticiam quartedecime diei primi mensis Hebraici. Lunarem cyclum in proposito intelligamus certū aliquē annorū circuitū post quē semper reuertuntur cōiūctiones luminūad cadē initia aut tēpora. Est enim κοκλος grece orbis aut circulus.

PRo mediis luminarium coniunctionibus inueniendis varios cyclos lunares apud natiōes diuersas in vsu fuisse, reperio ānorū

quantitatibus & rationibus quas obſeruabant congruentibus.

ARabes quippe qui annis tantum lunaribus vtuntur menſium duodecim, ſemper & menſes & annos ſuos inchoantes a neomeniis, cyclo annorum triginta hoc negocium feciliter abſoluunt, Siquidem, cum annus conſtet illis ex duodecim lunationibus, quæ perficiuntur diebus.354.horis octo, minutis primis.48.quę quidem hore & minutie tricies ſumpte dies vndecim præciſe conſtituunt, in annis ſuis triginta dies vndecim intercalant annis communibus, qui cōſtāt illis ex dieb⁹ (vt diximꝰ) 354.tertio vnoquoq; anno diē vnū addentes, nonnunquam ſecundo, quoties videlicet horæ ſuperabundātes, duodecim excedunt, Et poſt triginta annos redeunt illis coniunctiones luminarium ad eoſdem dies & ad horas quoque eaſdem, Cyclus iſte arabicus annorum.30.continet lunationes.360.quę ſecū dum Alphonſinum calculum perficiuntur diebus.10631.(qui.30. Arabicos annos conſtituunt) & minutiis primis.18. & ſecundis totidem, hee ergo tantum minutie deſunt quo minus poſt triginta Arabicorum annorum circuitum reuertantur medie luminarium coniunctiones ad eoſdem dies, horas, & momenta.

AEgiptii, Caldei, & Perſe, quibus nullus erat annus byſextilis, ſed quilibet conſtans diebus.365.medias luminum coniunctiones per cyclum quendam annorum, 25.inueſtigabant, qualem deſcribit Ptolo.li.6.compoſi.mag.c.tertio. Continēt enim anni.25.Aegiptiaci, dies.9125. In quo dierum numero perficiuntur lunationes.309.& ſuper eſt hora vna, minu.8.ſecunda.18. Reuertuntur ergo poſt dictum annorum circuitum coniunctiones luminarium omnes in Aegiptiaco ꝁalēdario ad eaſdem ſemper dies & horas ferme, vna tantum hora, minutis.8.& ſecundis octodecim citius redeuntes quam prius.

ROmani vero, quibus poſt Iulium Cæſarem eſt alia a prædictis annorum quantitas, dierum ſcilicet.365. cum quadrante, quos deinceps ſecuti ſunt Græci Aegiptij & plurimę aliæ nationes, cyclo decemnouenali neomenias inuenire conati ſunt. Cum enim Romani anni nouemdecim dies.6939.horas, 18.contineant &.235.lunationes perficiantur diebus totidem, horis vero.16.minutis.31.ſecūdis.56.tertiis, 45. Reuertuntur nouilunia poſt annos Romanos.19. ad dies eoſdem, & ad eaſdem ferme horas, in vna tantum hora.28, minutis ſecund.3.tertiis, 15.priores ſedes antecipientes.

EOdem cyclo decemnouenali Hebrei vſi ſunt, & vtuntur in præſentem vſque diem, ex.235.menſibus lunaribus.19. annos

perficientes

perficientes,ex quibus vt ante explicauimus,duodecim sunt commu nes,dierum.354.mensium duodecim,septem vero embolismici, mē sium.13,dierum.384.

HOrum cyclorum omnium Arabicus exactissimus est,quoniā Arabici anni.30.cum tempore.360.lunationum,ęquales sunt 18.tantum minutijs primis & totidem secundis ab eodem deficien- es. Post hunc Ptolomaicus & Aegiptiorum est exactior Ro- mano, vt qui singulis.25,annis in vna tantum hora deficit minutis. 8.secundis.18.Romanus autem decemnouenalis,singulis annis.19. in hora vna,minutis.28,secundis.3.& tertijs.15. Sed nec Ara- baicus,nec ille Ptolomaicus conuenit Romanis annis vtētibus, quic quid somniauerit Petrus Alaceñ. Cardinalis Cameraceñ. Anni enim Arabici.30.cum nullo annorum nostrorum numero ęquan- tur,continent namque.29.annorum nostrorum,& dies.38.horas.18 vt quilibet annus noster sit dierum.365.cum quadrante.Neque si se pius sinuas,30. annos Arabicos conuenient cum Romanis nostris quotiesvis acceptis, nisi octies milies, septnigenties, sexagies se- xies.30.annos Arabicos accipias. Eandem ob causam nec Pto- lomaicus cyclus proposito nostro conuenit,quoniam cum nullo no- strorum annorum numero nisi multorum milium quotiesvis sum- ptus vncquam concordabit.

ONnium ergo cyclorum εννεδεκατερκδα .i.decemnouenalis ma- gis congruit ecclesiæ quę Romanis & bysextilibus annis vti- tur, pro Hebraicorum mensium initijs & quartadecima die primi mensis inuenienda.vt quo etiam Hebrei semper sunt vsi & adhuc vtuntur.

PROPOSITIO decimaoctaua.Si cum conseruatione pu- tati ęquinoctij vernalis,hoc est,introitus Solis in Arietem pri mi,in deputata sibi sede,possit cyclus decemnouenalis ita restitui,vt perpetuo sine errore neomenias nobis & Hebraicorum mensiū ini tia indicaret,breuiter perscrutari.

IN lateraū.synodo nulla erat inuēta ratio restituēdi lūaris cycli & conseruandi sine errore cum conseruatione ęquinoctij, quod ex. S.T.litteris quarum verba.16. propositione retulimus manife- stum est, Cum enim.19.anni nostri cum suis quadrantalibus sup plementis,excedant lunationes.235.hora vna.28.minutis.3.secundis & tertijs.15.qui excessus.in.16.decemnouenalibus cyclis crescit fere

 ad diem

ad diem integrum, hoc est, horas.23.29.minu. circiter, conseruaretur cyclus iste sine errore, si per singulos.16.cyclos, id est, annos.304 omitteretur dies vnicus, Ita enim redderentur.3760.lunationes ferme ęquales quatuor & trecentis annorum nostrorum. Quoniam autem acceperunt omnes introitum Solis in Arietem primi pro vernali æquinoctio, pro cuius conseruatione in eadem sede necesse est ex singulis.134.annis vnum diem demere, ac facere annum communem, vnum, qui ex ordine bysextilis esset, quæ quidem æquinoctij conseruatio non admitteret restitutionem & cōseruationem cycli lunaris prædictam, quę requirit per singulos.304.annos vnicum diem omitti, omnes omnem de cycli lunaris restitutione ac conseruatione spem abiecerunt, putantes necessarium ad paschalem lunam indagandam tabulis Astronomicis vti, ex quibus ad.1000. annos paschales lunas supputari voluerunt, & in frontispacio Kalēdariorum describi. Sed cum a nobis supra demonstratum sit propositione.16. medias nō veras luminariū cōiūctiones hac in re obseruare nos oportere, vt pascsta sanctū celebremus iuxta apostolicam & sancti Niceni concilii constitutionem, dominica scilicet prima post quartamdecimam mensis primi Hebreorum. Possint autem, nihil id prohibente conseruatione ęquinoctii prædicta, neomenię omnes ac Hebraicorum mensium initia inueniri perpetuo p̱ cyclum decemnouenalem nunc Kalendario correcte inscriptum, tā etiā facile, ac tam vere, quam si posthabita ęquinoctii cōseruatione solius cycli perennationi totam curam impēderemus, demientes ex singulis.304.annis vnum tantum diem, Non puto opus esse ecclesię ex astronomicis semper tabulis querere tempus legittimum paschalis celebrationis, nec a via patrum nostrorum temere esse recedendū, quum facilius id multo per cyclum decemnouenalem, quo semper sunt vsi patres nostri & ad præsentem vsque diem vtitur vniuersalis per orbem ecclesia, quam per astronomicas tabulas assequi possumus, Quod quo pacto fieri vellium breuiter accipe. Dictum est propositione.14. introitum Solis in Arietem primi conseruari in semel deputata sibi sede, si anni nostri solaribus annis, æquales fiant. Id quod assequemur si e singulis.134.annis nostris diem vnum auferamus. Lunationes autem.235.excedunt, 19. solis reuolutiones aut veros solares annos, hora vna, minutiis primis.55.secundis.53, quemadmodum calculo monstrante, quanntitate videlicet solaris anni decies nouies sumpta, & tempore in quo.235.lunationes perficiuntur, in prōptu est inenire. Et excrescit hic excessus tp̄is.235.lūationū supra

nouenos

nouenos denos ſolares annos in.2820.lunationibus(quę cyclos lunares.12.conſtituunt, & annos .218)ad vnum fere diem, hoc eſt, horas.23.10.minutias primas. & ſecundas.56. Cum itaque anni noſtri quibus vtimur, veris ſolaribus adequati erũt ob ęquinoctij in eadem ſede conſeruationem,in annis.228.& cyclis lunaribus.12.ad vnum fere diem retardabuntur luminarium coniunctiones,& mutabunt ſedes ſuas in diem proximum ſequentem, Si itaque cyclus nunc reparatus ad exctam veritatem Kalendario inſcribatur,indicabit neomenias & initia Hebraicorum menſium.228.annis ſequentibus abſque errore,Poſt quos annos vſque dum iterum totidem prætereant,neomenię non erunt his diebus quibus aſcripti ſunt numeri cyclares, quos aureos vocant, ſed proxime ſequentibus.

☞ Anni Cyclares.	
1	1520
2	1748
3	1976
4	2204
5	2432
6	2660
7	2888
8	3116
9	3344
10	3572
11	3800
12	4028

☞ Vt itaque parua hac & facillima cautela adhibita,per hos aureos aut cyclares numeros nunc correcte inſcriptos Kalendario,perpetuo neomenias inueniamus, nominetur quilibet annus ducenteſimus viceſimus octauus,vt ſibi ſuccedunt vnus alteri, inſigni aliquo nomine,vt pote dicatur quilibet eorum annus cyclaris,& vnicuique adiungatur quotus ſit ab anno primo huiuſce correctionis, hoc eſt,annus primus iſtiuſce correctionis dicatur cyclaris primus,& ducenteſimus viceſimus octauus hunc ſequens, annus cyclaris ſecundus,& qui proxime ſuccedit, cyclaris tertius,ita deinceps,& ſcribantur iſtorum cyclarium annorum decem, aut viginti in frontiſpicio Kalendarij, quemadmodum hic factitatum vides, vbi annum præſentem.1520.pro cyclari primo accepimus. Quibus hæc aſcribatur regula Ab anno primo cyclari ad ſecundum,prime lune in paſchali ſupputatione hij dies ſunto quibus aurei numeri aſcripti ſunt,a ſecundo autem cyclari anno ad tertium vſque in eodem computu ſint prime lune, dies proxime ſequentes aureos numeros, a tertio cyclari anno ad quartum, ſint lune prime in eadem paſchali ſupputatione dies tertij ab aureis numeris, a quarto ad quintum, quarti Et ſic deinceps. Hoc enim pacto eccleſia in paſchali ſupputatione vere ſemper primas lunas, quæ Hebraicorum ſunt menſium initia,habebit. Introitus etiam Solis in Arietem primi, veram fixamque ſedem in Kalendario obtinebit. Cui ſi ſit

(verbi causa) deputatus vicesimus primus dies Martij, non erit difficile paschalem canonem condere istiusmodi perpetuo duraturũ sine errore. Omnis prima Luna quæ acciderit ab octauo Idus Martias ad Nonas Apriles, erit initium mensis primi & paschalis, in quo, prima dominica post quartamdecimam eiusdem pascha ab omnibus celebretur. Non est itaque necessarium pro cycli lunaris conseruatione, dies aliquos adimere ex annis nostris aut aliquos addere, quamuis in paschali celebratione nullam æquinoctij rationem habere oporteret, cum per hoc anni nostri a vera temporũ ratione desciscerent, Prædicta enim adhibita cautiuncula ęque consequemur, id quod querimus per lunarem cyclum, Nempe Lunas primas, & Hebraicorum mensium initia, Neque curandum est quicquam, quod in hac quam indicauimus lunaris cycli restitutione non semper accipiemus pro lunis primis dies quibus aurei numeri ascripti sunt, quid enim hoc refert? quando ęque assequimur quod volumus, hoc est, ipsas Lunas primas, quas si facilius & sine quibusuis numeris inuenire possemus, nec aureos hos numeros Kalendarios inscriberemus. Nouit iam vulgus indoctum per aureos numeros qualitercunque nunc inscriptos Kalendario inuenire neomenias omnes. Sed hac vtitur cautiuncula vt non illos qui aureis numeris sunt insignes, sed quintos quosque dies ante eosdem pro primis lunis accipiat, quorum saltem industriam si ecclesia in paschali supputatione imitaretur, non tam pudendis & ridiculis erroribus quam nunc implicaremur, Frustra itaque videntur mihi torqueri omnes qui hac de re scripserunt ad Lateranense concilium, rem impossibilem putantes conseruari cyclum lunarem cũ ĩtroitu Solis in Arietẽ primi, Quãquã, quod iterũ iterumque testati sumus, & in hoc errauerint omnes quos videre contigit, quod Solis introitum in Arietem primi pro vernali æquinoctio acceperunt, quemadmodum libro de ęquino. inuentione abunde demonstratum est,

PROPOSITIO decimanona. Si vero vernali æquinoctio, hoc est introitu Solis in vernalem sectionem eclipticæ octauæ & æquatoris, in mensis paschalis inuentione vti decretum fuerit. Quonam pacto cum conseruatione eiusdem veri æquinoctij in cõstituta sibi sede possit cyclus decemnouenalis ita restitui vt per ipsum primas Lunas ac Hebraicorum mensium initia inueniri valeant, breuiter explicare.

Patet

Patet ex præcedētibus cyclum lunarem 235. lunationum, deficere ab annis Romanis.19.cū suis quadrātalib⁹ supplemētis,ī hora vna.18.minutis primis,secundis 3.tertijs.15.qui defectus in cyclis.16.aut annis.304.in integrum fere diem excrescit. Et quia pro conseruatione veri æquinoctij in constituta sibi sede,ad annum vsque termillesimum quingentesimum decimum quintum augeri adhuc oportet annos nostros,& annos nonnullos extra ordinem bysextiles fieri,vt propositione.15.latius explicauimus. Quotiescunque pro æquinoctij conseruatione dies annis nostris adijceretur, deficerent continuo luminarium coniunctiones a pristinis sedibus in die integro adiecto,& præterea singulis.304.annis etiam ferme in die integro. ☞Describantur itaque secundum ordinem anni singuli quibus pro ęquinoctii in sua sede conseruatione dies adijci oportet,singuli etiam quarti & trecentesimi,a principio istiusce restitutionis, intermixtim, vt hoc annorum ordo expostulat, veluti hic e regione factum vides,qui anni cyclares vocētur, addito ad vnumquemque quotus sit,id est,annus cyclaris primus,secundus &c.& hoc pacto collocentur in fronte Kalendariorum, adscripta hac cautiūcula. Quod ab anno cyclari primo,qui primus erit istiusce correctionis, ad cyclarem secundum, prime Lune in paschali supputatione,dies erunt aureis numeris insigniti, A secundo autem cyclari ad tertium, prime Lune in eadem paschali supputatione dies sunto qui proxime præcedunt aureos numeros, A tertio ad quartum, dies tertij ante aureos nūeros prīe lune erūt. Et sic deinceps,hoc enim pacto,ecclesia in paschali supputatione,vere semper primas Lunas(quæ Hebraicorū sunt mēsiū initia)assequer,vsque ad ānū christianę salutis .3600. Verū etiā vernale ęquinoctiū,fixā eaten⁹ sedē seruabit, Cui⁹ si sedes collocata fuerit vigesima prīa dies Martii,hoc paschali canone qui in præcedēti propositione posit⁹ est, ecclesię ꝓuisum erit ad annum vsque.3600, A quo tempore, longe alia immo omnino diuersa ęquinoctii & cycli deinceps conseruandi ratio excogitari debebit. Sed satis forte fuerit eousq̄ cōsuluisse ecclesiæ,Illi enī suis temporibus,maxime cum a nobis præmoniti erunt,consulere studebunt,

Anni cyclares,

1	1520
2	1601
3	1671
4	1731
5	1791
6	1823
7	1861
8	1941
9	2041
10	2127
11	2241
12	2431
13	2541
14	2735
15	2941
16	3039
17	3343
18	3515

PROPOSITIO vigeſima & vltima. De diuerſitate quam in paſchali celebratione neceſſe eſt euenire in diuerſis regionibus ex diuerſa locorum longitudine & latitudine, nonnulla ſubiungere.

NOn videntur mihi recte ſentire, qui putant in vniuerſo terrarum orbe, ſi omnes chriſtianam fidem ſequerentur, eodem die ab omnibus paſcha celebrandum eſſe, Quemadmodum Ioannes Stoefflerius in propoſitione quadrageſima Kalendarij ſui longa digreſſione, multiſque verbis nihil facie͞tibus ad verſum nititur perſuadere. Cum enim præceperit Moyſes Iudeis obſeruare principium verni temporis vt facerent phaze domino deo ſuo. Deu, 16, Nobis autem ſecundum apoſtolicam & Niceni concilij conſtitutionem prima dominica poſt Iudeorum paſcha, aut quartamdecimam primi menſis quo illi immolare iuſſi ſunt phaze, idem celebrā dum ſit, haud conuenienter in vniuerſo terrarum orbe eodem die ab oib⁹ paſchalis feſtiuitas celebraretur. Nō enim eſt idē principiū verni temporis vniuerſum terrarum orbem habitantibus, Quinimo. quod eſt nobis, hoc eſt, borealem latitudinem ab ę quatore habē tibus, ę quinoctium vernale. idem eſt autumnale, his qui meridianā ab ę quatore latitudinem obtinent, & viceuerſa, quod vernum eſt illis. eſt nobis ę quinoctium autumnale, Id quod ſpherica ratio euidenter demonſtrat. Cum itaque menſis primi initium, neomenia eſſe debeat vicinior vernali ę quinoctio, vt ſecunda propoſitio euidens fecit, Non debemus ſecundum diuinum aut Niceni concilij præceptum nos & illi eodem die paſcha celebrare, quinpotius illorum paſcha per medium annum & plus aliquando noſtrum paſcha ſubſequi debet, Niſi voluerimus, aut illos, aut nos, non in menſe primo & nouorū, ſed in autumno paſcha celebrare. Et vt intelligas illam orbis partem quæ declinat ab ę quatore ad polum antarcticum habitatam eſſe hominibus, & non, quod multi putauerunt, totam aquis coopertam, Aphricam vltra ę quatorem plus. 35. gradibus protenſam & populoſiſſimam Portugallenſes. inuenerunt, & experiuntur quot annis, nauigatione ad Calligicum Indię emporium, Habet enim caput bonę ſpei, extremum Aphricæ promontorium eleuatum polum antarcticum plus. 35. gradibus, quod Portugallenſium obſeruatione conſtat. Terra etiam noua, Chriſtianiſſimi Hiſpaniarum regis auſpicijs a Veſputio nuper inuenta, quam ob ſui magnitudinem mundum nouum appellant, vltra æquatorem plus. 35. gra-

gradibus Vesputij obseruatione protendi cognita est,& necdum finis inuentus. Harum itaque terrarum incolis si christianam fidem sequerentur,secundum diuinum præceptum & canonem Niceni concilii,esset haud dubie celebrandum pascha dominica prima post quartamdecimam diem mensis primi,Quoniam autem nõ est idem illis mensis primus & nouarum frugum qui nobis,sed per medium annum a nostro differens,Neutiquam conueniet nos & illos eodem die pascha celebrare.

HAbitantibus autem ab eadem parte æquatoris & sub eodem polo mundi,quantumcunque distent a se inuicem secundum longitudinem,hoc est,secundum Oriens & Occidens,etiam tota,si vis,diametro aut orbis terræ semicirculo,& antipodes sibi inuicem existant,idem tamen erit omnibus initium mensis primi, & eadem quartadecima eiusdem primi mensis. Cum eodem momento temporis fiat illis omnibus vernale æquinoctium, eadem etiam prima luna verno æquinoctio vicinior. Si itaque decimaquarta mensis primi,vt Iudeis erat,seu decima sexta,aut alia quauis mensis primi certa die præceptum nobis esset pascha celebrare,nulla notę feriarum ratione habita,non posset inter hos,quamuis sibi antipodas, diuersitas aliqua interuenire in die paschali,nisi quantum ob meridianorum distantiam eadem dies prius inciperet his qui ad Orientem habitant quam occiduis,prius illorum quam istorum hemisphe rium illuminante Sole. Sed quoniam ex hac meridianorum di uersitate accidit nonnunqaam,vt decimaquarta primi mensis aliam ferię notam obtineat apud eos qui ad Orientem Solem morantur quam apud eos qui in Occidente,vt exempli gratia,aliquando quartadecima primi mensis apud nos est dies sabbati, quæ eadem est Orientalibus dies dominicus,Cum enim est nobis meridies die sabbati est illis qui per semicirculum a nobis ad Orientem habitant, media nox,& initium diei dominicę, Hoc itaque cum forte acciderit,vt quartadecima mensis primi sit nobis dies sabbati,illis autem dies dominica,Nobis haud dubie celebrandum est pascha iuxta canonem Nicenæ synodi die sequenti, hoc est, quintadecima primi mensis,ea est enim dominica prima post quartamdecimam mensis primi. Illis autem, quoniam eadem quartadecima incidit in diem dominicam,secundum eundem canonem ad dies septem dif differri debet paschalis celebratio, In diem scilicet vicesimum pri=

mum primum primi menſis, qui illis eſt dominica prima poſt quartamdecimam eiuſdem menſis, hoc pacto inter orientales & occiduos, ſeptem dierum diuerſitas in paſchali celebratione aliquoties interuenire poteſt.

VOluerunt autem nonnulli ad hanc diuerſitatem tollendam, omnem paſchalem ſupputationem tam primę lunę, quam ęquinoctij verni, ad vrbis tantum Romanæ meridianum referri, vt quo die ſecundum canonem paſchalem Romę celebrari paſcha debebit, eodem die in vniuerſo terrarum orbe celebretur. Quod etiam Ioanni Stoefflerio vehementer placuit propoſitione 4ª, ſui Kalendarii. Quibus ego neutiquam puto accidendum, vt qui ad pauca reſpicientes, facile nimis enunciauerunt. Siquidem non eſt conueniens in toto terrarum orbe eodem die paſcha celebrari, vt enim iam oſtendimus, ſecundum diuinum præceptum & Nicenę ſynodi cōſtitutionem, noſtrum paſcha qui ad boream ab ęquatore habitamus, in anno medio differre debet a paſchate eorum qui ad auſtrum ab ęquatore declinant.

INcidēte etiam caſu quem iam poſuimus, vt habitantibus ad eandem partem ab ęquatore, quartadecima luna ſit orientalibus dies dominica, quę eſt Romanis & occiduis dies ſabbati, neutiquam decretis patrum & generalium ſynodorum ſanctionibus congrueret eos qui ad orientem habitant celebrare paſcha eodem die quo Romani id celebrare debebunt. In primitiua enim eccleſia maxima cura conſtitutū eſt, & ſub formidabilibus penis, hoc eſt anathematis & abſciſionis ab eccleſia, ne qui iudaicum paſcha celebrarent videlicet quartadecima menſis primi, & vt die dominica, hoc enim præcipue ſtatuit Nicena ſynodus. Idem ſub anathemate confirmauit ſynodus Anthiochena, Iterum Calcedonenſis maxima ſynodus, in qua ſexcenti epiſcopi ſanctitate & doctrina inſignes, præter innumeros alios congregati fuere, quartadecimanos vt hereticos damant, & anathema eſſe voluit omnes qui ſanctum diem paſchæ ſecundum catholicæ eccleſiæ ac Niceni concilij regulam non celebrarent, de quibus ſeptima propoſitione plenius ſcripſimus. Cogerentur autem orientales ſi predictorum conſilio res ageretur aut Iudaicum paſcha celebrare, quartadecima videlicet primi menſis quotieſcunque dictus caſus incurreret, hoc eſt, ipſamet dominica die, quæ illis in quartam decimam primi menſis incidit,

aut ſi cum

aut si cum Romanis & occiduis quartadecima eiusdem mensis pa-scha celebrare deberent, non dominica die. sed die lunę nouo more pascha celebrare cogentur, Quod miror non aduertisse illos qui tam auxie his de rebus scripserunt, tantā in toto terrarū orbe vnitatem esse volentes, nulla sphęrice rationis, temporum, aut locorum consideratione habita.

☞ Quod ergo ad hanc rem attinet nihil aliud fieri velim, quam vt Kalendario, quo prædiximus modo, restituto, canonem illum Niceni concilij per vniuersam terrarum orbem obseruent diligentissime, quo præcipiuntur omnes celebrare pascha dominica prima post quartamdecimam mensis primi. Neque verendum est quod prædicta diuersitas in die paschalis celebrationis quæ nonnunquam accidet inter distantes toto cœlo a seinuicem, scismata aliqua, aut sectas possit inducere, Primum, quia eundem omnino canonem paschalis celebrationis, prædicti omnes quantumcunque diuersis temporibus pascha suum celebrantes, adamussim sunt obseruaturi. Deinde, Quia diuersitas, ab eis tanto interuallo a se distantibus non percipietur,

☞ FINIS.

Errata libri de ęquinoct.&c, Recognita ex officina.

Car.	semipag.	Versus.	
2	1	vbique	siue lege sine
2	2	rum	maluit lege malint
3	1	Etut	libro, lege liber
3	2	las	lege μαθηματων
4	i	quisque	indiscutionē, lege disquisitionem
4	2	contigit	quidē, lege quidam
5	1	Et qualic	ūq;, lege qualecunque
5	1	in ius	debemus, lege audemus
5	2	rici	lege λεωφορομμεβκδιζαμ
6	2	cuitus	planam lege plana
6	2	merid	&, lege in. ibidē in, lege &
7	2	assignati	solsticialia, lege æquinoctialia,
8	2	tabulis	1350, lege. 13750
9	1	ęqnoctiū	pręcedat sequetur, lege præcedat aut sequetur
9	2	Hęc prop	euidēter lege euidētior
9	2	ergo	quadrātē, lege quadrāte
10	1	tione	maximā, lege maxima
10	1	incipit	tamen, lege autem
10	1	sus	quoniā, lege quando
10		accessus	se per, lege super
10	2	quantitas	24, lege. 21
10	2	uæ	lege, a capite, ibidē. 30. minu. lege. 45. minu
10	2	colligit	nosce, lege nosse
12	1	ante	quodammodo, lege quonammodo
12	1	Quod	ac, lege at
14	i	ptice	mobilis, lege primi
14	2	tem	potuerat, lege poterat
14	2	calumniis	potuisse, lege posse
14	21	doctiorem	potuisset. lege sustineret
14	2	vsurpa	alicui, lege alieni
14	2	graduū	demonstramus, lege demonstrauimus
16	2	cępri	expresse, lege expresso
17	1	nūciauerit	puncti, lege punctum
17	2	ex tab	noctuū, lege noctium
17	2	midiurnus	lege semidiurnos
17	i	frequen.	ad hoc constitutas, lege p tabulas ad hoc constitutas inuenire pote[...]
21	i	ter	accipit, lege accidit
21	2	mi	ecliptica, lege ecliptic[...]
22	i	tia	potest, lege poteris

Errata libri de ratione celebratiōis pa[...] recognita. ex officina,

Car.	le.	ver.	
i	i	hoc	potimus, lege potuimu[...]
2	2	De	celebratiōe lege celebra[...]tionis
	i	vt	phare, lege phaze
3	2	ęquinoctij, lege ęquinoctio	
4		De	celebratione, lege celebr[...]tionis
13	2	nire	fuerant, lege fuerunt
14	i	scha	dele pascha
15	i	ptem	erat, lege esset
15	2	Nonas	esset, lege erat
15	i	fecit	īdicauit, lege designab[...]
16	i	dit	accidebat, lege incideb[...]
17	i	mum	lege mouit
18	i	tem	lege item
18	i	estuo	ab, lege ob
18	i	quon	ęquo, lege ęque
18	2	sum	pre ceterum, lege pre ceteris
18	1	tiones	facere, lege fere
18	2	ita	lege aureus
18	2	annos	4. lege 40
21	2	aut	lege sacrosancti Niceni
23	i	sequi	frudi, lege rudi
23	2	lunar	digesserit, lege digesserū[...]
26	i	pius	sinuas, lege sumas

Sūt & alia pauca, sed quod & minutiora sit & nemo non facile possit deprehendere nisi lippiat plane, ideo sunt consulto prætermissa. Porro, quod ad orthographiā attinet non vsquequaque sequuti sumus grammatistarum neoticorum diligentiā, qui vel de literula aut apiculo inuerso aut immutato miras exagitant tragœdias, homines stolidissimi.